

Philos. C. 549.

1248

157





215 1/2 Me. 149.

SYNOPSIS  
PHILOSOPHIÆ  
MORALIS

LIBRI TRES AFFABRE  
*limati, politi & leuigati,*

A

GUALTERO DONALDSONO  
Scoto, Professore Sedanensi  
Clarissimo,

IN VSVM IUVVENTVTIS  
*Academicae.*



FRANCOFVRTI,

Typis Wolfgangi Hofmanni, Sumptibus Hære-  
dum D. Zachariæ Palthenii.

ANNO MDCXXXI.

*Philosophie. 1748.*

STACOPOLIS  
PHILOSOPHIA  
MORALIS  
LIBRI TERZ APPARE  
GUALTERO DONALDSONO  
scoro, Pistorio sedmanii  
Christiano  
IN VITAM INVENTIS

Sächsische  
Landesbibliothek  
Dresden



ILLVSTRISSIMO P O-  
 TENTISSIMO Q. PRINCI-  
 PI HENRICO TVRREO, DVCI  
 Bullioneo, Sedani, Ralcurtii, &c. Principi,  
 Turenæ Vicecomiti, Comiti Manfortii,  
 &c. Franciæ Mareschallo,  
 GVALTERVS DONALDSONVS,  
 S. P.



OCRATES ille (Princeps Illustris-  
 sime) non alia magis de causa, ad clarissi-  
 mum lumen gloria accessit, Et ἀνδρῶν  
 ἀπάντων σοφώτατος diceretur, quam  
 quod eruditissimorum Virorum ingenia in  
 disputatione caeca Sagantia, in secessu pe-  
 ctoris repositos affectus scrutari coegerit, eoque pacto Philo-  
 sophiam de caelo in terram deduxerit, hoc scilicet homini in-  
 primis inquirendum ratus

Val. Ma-  
 xim. lib. 3.  
 c. 4. Laert.  
 l. 2. de vitis  
 Phil.

ὅ, π τὸ ἐν μεγάροισι κακὸν τὰ γὰρ δόντε τέτυκται,  
 ut cum in societate civili sit viuendum, non tam curiosa re-  
 rum contemplatione se oblectet: scrutando

errantem Lunam, Solisque labores

Vnde hominum genus, & pecudes, unde imber & ignis,  
 Arcturum, pluuiasque, Hyadas. geminosque Triones.

Ouid 1.  
 Metam

Quid tantum Oceano properent se iungere soles  
 Hyberni, vel qua tardis mora noctibus obstat?

Quam ut sollicite inuestiget, qui finis actionibus nostris  
 sit prestituendus, quibusque mediis in eius possessionem ve-  
 niendum: ut sit

Virtutis vera custos rigidusque satelles Et illi

Horat. l. 1.  
 epist. 1.

tarda fluant, ingrataque tempora: qua spem  
 Consiliumque moventur agendi gnauiter, id quod

Aequae pauperibus prodest, locupletibus aequae:

Aequae neglectum pueris senibusque nocebit.

Quod cum aliis omnibus tum vel praecipue ei incumbit,

## EPISTOLA

Cic. 8. ad  
Attic.

cui in alios datum est imperium, cui ad Reipubl. gubernacula sedendum, cuique pro multorum salute vigilandum; siquidem legitimam potestatis & prudentiae coniugium inuiolabile conseruare, *ἡ πατρίδι πῶς*, audire, si pater patria, *ἡ πατρίδι*, ille Cyrus, & esse, & haberi velit, quo te (Princeps Illustr.) toto conamine semper domi militiaeque nisum, & adhuc sedulo niti, neminem esse puto ita caecum, qui non videat, ita inhumanum, qui non fateatur: cum tibi non aliud, quam beata ciuium vita sit proposita, *ἡ πατρίδι* opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta, pietate religiosa sit: ut nullum iusti & moderati Principis officium in te possit desiderari: quod praclare pro religione, patria & Principes tua gesta satis loquuntur, & ad posteritatem porro loquentur, quarum vel summa sequi fastigia me nec illarum splendor permittit, nec mea tenuitas sinit, nec aliorum inuidia patitur. Sed inter alia innumera Vigilantem tuam de Reipubl. salute & commodis sollicitudinem vel illud abunde testatur, quod eo se cura extendat tua, ut in ipsius Iuuentutis (quam scilicet Ecclesia & Reipub. seminarium esse probe nosti) studia vel diligentissime inquiras, doctorumque operas eo fine non exiguis sumptibus vedimas, quo pietati suus cultus, & eruditioni debitus honos tribuatur, inque iuniorum animis virtutum semina pie sata, & sedulo exculta uberem aliquando messem praebeant. Nimirum te haud quaquam latet, non in generari hominibus mores tam à stirpe generis, quam ab his rebus, quae à vita consuetudine, suppeditantur, utpote in mala tantum pronis, quos natura nobis dedit igniculos, celeriter malis moribus opinionibusque deprauatis sic exstingui, ut nusquam natura lumen appareat, nisi cultus accedat & cura diligentior, quae nuper sata virtutum plantaria, disciplina ac honestatis praeceptis veget, foueat & ad incrementa promoueat. Vnde mihi Morum praecepta ex Philosophorum choragi Aristotelis scriptis collecta, cum aliorum praeceptis collata & explicata, amicorum quorundam hortatu in lucem daturus, cui primitias istas consecrarem, anxie ac solícite circumspicienti tu mihi vnus (Princeps

Illu.



## DEDICATORIA.

*Illustrissime) occurrebas, à cuius clarissima luce foetus iste recens editus luminis aliquid acciperet, eoque intrepide magis in hominum conspectum prodiret. Cui enim potius virtutis praecepta, quam eiusdem carissimo alumno dicarem? Unde maiorem auctoritatem prudentia, quam ab eius Vigilantissimo cultore conciliarem? quem denique propitium mihi magis, quam patronum, Dominum ac Meccenatem meum sperarem? qui eo me loco habuisti, ut dignum iudicares, quem ex Germania in Academiam tuam ex bellis civilibus tandem emergentem transferres. Cum igitur tua subtutela parens Sicut, eius prolem tuum patrociniū submitte implorantem à solita tua benignitate non excludere, quin te tutore, ut paulatim adolescat permittere, ut aliquando matura aetate, ortum, incrementum, Sicutam denique ipsam tibi referat acceptam. Dominus te quam diutissime ( Princeps Illustrissime) conseruet incolumē, tibi adsit, te suo spiritu gubernet, & ab inimicorum insidiis tueatur, ut afflicti asylū, ecclesia tutorem, & Vera pietatis ac virtutis cultores alumnū & Meccenatem te habeant ac fruantur.*

LECTORI SALVTEM A SALV-  
tis auctore opto.

QVO cautius & alacrius Synopsin hanc peruideas  
( amice lector ) paucis te, si molestum non est,  
in vestibulo instruam, quæ animum ingredienti ad-  
dant, & ingressum tutius conducant. Non ut disci-  
plinas practicas ubique decantatas non aliqua ἀπο-  
θεώσας celebrem. Quis enim adeo est ingenio hebes  
aut rudis, qui exquisitissima huius lima vitam suam  
perpoliri non cupiat? quis adeo parum in humanæ  
societatis pelago versatus, qui hac cynosura mo-  
rum cursum dirigi non experat? Ut opus non sit con-  
stantem Chori Philosophici in eius laude multi con-  
sensum in medium adducere, nec aliorum scripto-  
rum encomiis *καὶ ἐπιπέτρῳ ἢ ἐκτεκτονικῶ*, hanc dis-  
ciplinam porro extollere, cum ipsa experientia, quan-  
tum possit, voce contendat, singulosque moneat, nul-  
lam vitæ partem neque publicis neque privatis, neq;  
forensibus, neque domesticis in rebus, neque si tecum  
agas quid, neque si cum alio contrahas, civili hæc in-  
stitutione vacare posse; in eaque colenda vitæ hone-  
statem omnem, & in negligentia turpitudinem esse  
sitam. Vnde Stoici non incogruè Philosophiam vni-  
uersam agro fructifero similem asserentes, circumie-  
ctam sepem Logicen, humum ac arbores Physicen,  
fructum vero Ethicen dixerunt, adeoque civitati  
pulcre & ex dignitate administratæ: cuius mœnia Lo-  
gicen, referant, ædificia ac ciues Physicen, quæ omnia  
legum repagulis ac honestis institutis, hoc est, Ethice,  
stabiliantur ac gubernentur. Sed cum nemo adeo cœ-  
cutiat saltem hominis ( ad ὁμῶς viuendum nati ) nomi-  
ne dignus, qui perspicuam eius utilitatem non videat,  
quid hic tibi de ea expectandum sit, accipe. Synopsin  
habes præceptorum moralium, sicut tibi inscriptio  
promittit, id est, definitiones, diuisiones, axiomata ge-  
neralia, eorumque exegeſiam: hæc eius est materia ex  
Philosophorum principe Aristotele, eiusque præcipue

*Arist. lib. I.  
Eth. cap. I,  
Cic. I. Of.*

*Laert. de  
vitis Philos.  
l. 7. in Vita  
Zenonis.*

*Scalig. Pa-  
rasceue c. 16*

libris

## AD LECTOREM

libris, qui Νικομαχείων inscribuntur, petita: ita tamē,  
vt alii eiusdem libri morales eodem referantur, cumq;  
præceptis inde sumtis conferantur. Ad formam seu  
methodum quod attinet, non longe ea à Philosopho  
recedit: à fine enim orditur (sicut in disciplinis practi-  
cis tradendis fieri conuenit) Deinde media ad finem  
illum scrutatur: Virtutem dico eiusque originem, co-  
mites, satellites, ac vniuersam denique propaginem.  
Quæ omnia conueniente serie deducit. Quid igitur  
hic noui? quæres. Præcepta habes ab explicatione se-  
iuncta, singula ita exposita, vt ambiguitatis latebræ  
omnes discutiantur; 2. Vocum radices ac fontes com-  
monstrentur; 3. sensus planis ac perspicuis verbis pro-  
ponatur, 4. argumenta eadem muniantur: 5. similia  
præcepta illustrandi ergo ex variis auctoribus addu-  
cantur: 6. exemplis denique illustrioribus confirmen-  
tur. Vt siue doctrinæ moralis concinna varietate tibi  
arrideat, hunc riuulum ex multorum fontibus colle-  
ctum, eam illinem (quod sine iactantia dictum velim)  
suppeditaturum non desperem: siue philosophum  
ipsum ad eundem putes, hinc veram eius mentem de  
vniuerso propemodum Philosophorum sensu ex-  
plicatam & approbatam te habiturum con-  
fidam, teque ista boni consulturum.

Vale & frueri.

ANA-

ANAGRAMMA AD V. CL.

ZACHARIAM PALTHENIVM

I. V. D. vt doctissimum, ita solertissimum.

Zacharias Paltænius Doctor.  
Citus Thales: Pandora Zoarica.

**D**octorum præstans operum vulgator, habetur  
Quo tibi PALTHENIVS, lector amice, loco?  
Est citus ac scitus Thales sapiente cerebro,  
Linguis & Sophia qui dat utrique iubar.  
Triga facultatum quicquid gerit utile, nobis  
Aduerhit alato Bellerophontis equo.  
Scit Latios Graiosq; sacro cum iure lepores,  
Digna q; laurifero carmina vate facit.  
Nobilium Pandoraparens fœcunda librorum  
Deperit è multis hunc redamat a procum,  
Non timet vltrices ea Diua Zoarica flammæ,  
More Lothi tuta legit in vrbe larem,  
Quid non eximium domus illa libraria promat,  
Hac reserante patens hoc dominante potens?  
Vsq; sit hæc prægnans, hic regnans vsque: videbunt  
Pignora sic vsus Mnemosyneque sua.

Gen. 19.

Iohannes Hoffmannus Husanus Poeta,  
Ecclesiastes Neouilnensis sub Co-  
mite Principe Nassō Sa-  
ræpontano F.

LIBER



LIBER PRIMVS,  
 DE SVMMO  
 BONO, SEV FINE  
 Ethices.

CAPUT I.

DE ETHICES DEFINITIONE.

**E**thica est practicæ Philosophiæ  
 pars absoluta, de summo hominis  
 ciuilis bono assequendo.

*Ethica quid.*

EXPLICATIO.

**V**T Definitio hæc melius intelligatur,  
 pauca nobis erunt explicanda: Primo,  
 quænam Philosophia partem Ethicam pertineat. Se-  
 cundo, qua methodo tradenda. Tertio, quis ido-  
 neus eius sit auditor. Quarto, reliqua definitionis  
 pars exponenda.

Notum est, duas esse Philosophiæ partes,  
 θεωρητικὴν, seu speculatiuam, quæ in sola co-  
 gnitione versatur, & in ea acquisita conqui-  
 elcit: & πρακτικὴν, seu Activam, quæ homi-  
 num actiones ad rectæ rationis normam  
 exigit.

I.  
*Philosophia  
 partes dua.*

A

Pra-

*Practica.*

Practica rursus duplex est: Absoluta, quæ Ethica dicitur; & Relata, idque vel ad Rem publicam, vt *Politica*, vel ad Familiam, vt *Oeconomica*.

*Ethicus  
quinam  
dicendus?*

*Aristoteles  
suis in Ethicorum  
libris,  
quosnam  
instituat, &  
quid tradat.*

Hæ duæ partes non aliter inter se differunt, quam duæ partes Medicinæ, quarum vna versatur in cognitione, tam sanitatis, quam morborum; altera docet, quomodo praxis instituenda, & cognita in priore parte ad vsum recte applicanda: Ita in hac disciplina se se res habet; Ethica enim eorum omnium contemplationem complectitur, quæ ad vitam recte instituendam, & feliciter consequendam sunt necessaria. Non autem est nuda contemplatio, sed ad actionem comparata: neq; enim Ethicus ille dicendus est, qui ea intelligit, quæ in Ethicorum libris scripta sunt, sed ille, qui ea & intelligit & secundum ea vivit. Quare in libris Ethicorum Aristoteles, neq; vnum aliquem hominem, neq; singulos instituit, sed principia, fundamenta & semina vniuersæ Philosophiæ practicæ tradit, quæ in singulorum moribus regendis, legibus condendis, quæ principum auctoritate munitæ, in ciuili, domestica, & singulorum vita instituenda, vim habeant & exerceant, vt 10. *Eth. cap. vlt. ipsemet tradit.*

Est igitur Ethica veluti speculatiua practicæ Philosophiæ pars, in qua principia vniuersalia totius doctrinæ ciuilis explicantur;

Rela-

Relata vero practicæ Philosophiæ pars, Politica scilicet & Oeconomica, est eiusdem speculationis, seu præceptorum Ethicorum, ad praxin accommodatio. Quamvis & Oeconomica ad Politicam, tanquam pars ad totum referri possit. Familiæ enim ut & singuli homines sunt partes Reipublicæ, & propterea, qui totum informat, partes quoque singulas informare dicitur. Hinc illud est, quod Aristoteles *Polit. 5. cap. 9.* asserit: *Politico imprimis incumbere, ut institutionis puerorum curam habeat*: Et *Ethic. 10. cap. vlt.* *Officium est (inquit) legislatorum & recte formatarum Rerum publicarum curam habere de educatione & studiis hominum in singulis familiis.* Ex quibus facile intelligitur de Ethica, i. e. de ea Philosophiæ practicæ parte hic à nobis agi, quæ generalia tradit præcepta de moribus instituendis ad summum illud bonum obtinendum, quæ ἠθικῆ dicta ἀπὸ τῆς ἔθους, à consuetudine, seu assuefactione, qua per assuefactionem virtutum habitus, quæ media sunt ad felicitatem, acquiruntur, docente *Arist. Ethic. 2. cap. 1.* vel ἀπὸ τῶν ἠθῶν, à moribus, quos Ethica informat. Et hinc duplex est acceptio huius vocis. Primo, pro tota Philosophia practica, quæ Politicam, Moralem & Oeconomiam sub se continet. *lib. 10. Ethic. vlt.* Secundo, pro ea parte, quæ generalia de virtute & summo bono præcepta explicat, in qua significatione hoc loco accipitur.

Oeconomica  
Politica  
pars.

Ethica quid  
tractet, &  
unde sic  
dicatur?

2. Methodus  
in omni dis-  
ciplina ra-  
tione natu-  
ra & finis  
rerum ipsa-  
rum, quæ  
traduntur  
instituenda.

Methodus in omni disciplina à rei ipsius natura est petenda, cuius (scil. rei,) finis in pri- mis intuendus: nam id, per quod præsertim constituitur ordo: (ordinem enim & metho- dum pro eodem hic sumimus) est finis. Nam finis ille est, per quem cuncta diriguntur & ordinantur in illam, & sine demto, aboletur ordo & euanescit. Res autem quædam tales sunt, vt cum tantum cognosci possint, hoc tatum expetimus, vt earum naturam cogno- scamus: ideo in iis, vt hunc finem, cognitio- nem scilicet, assequamur. Naturam rerum i- psarum imitati à principiis cognoscendis ad species & affectiones cognoscendas progre- dimur, qua methodo scientiæ proprie sic di- ctæ, vt *Metaphysica, Physica & Mathematica*, tra- duntur. Res vero aliæ hanc habent naturam, vt non satis sit eas cognouisse, sed vltcrius, ad operationem scilicet, earum cognitionem di- rigere oportet. Itaq; ne in operando halluci- nemur, operationis finis Primo est prono- scendus. Secundo, media ad finem illum per- ducentia, sunt tenenda. Et hac Methodo (re- solutiua dicta) traduntur disciplinæ practicæ, qualis est *Ethica*, de qua hic agimus.

Omniū igitur disciplinarum Methodus ratione naturæ & finis rerum ipsarum, quæ traduntur, instituitur: Speculatiuæ quidem, naturam generantem secutæ à principiis ad finem, qui ordo propterea compositiuus di-  
citur,



citur, progrediuntur. Practicæ vero naturam appetentem imitatæ, à fine per media ad finem, denique finisque fruitionem instituuntur, qui ordo resolutiuus dicitur: Ex quibus patet, qua nos methodo hic uti deceat: nimirum analytica seu resolutiua: ordiendum igitur erit à fine, & deinde ad virtutes progrediendum, per quas finis ille obtinetur, sicut Aristoteles nobis præiuit, & 1. Eth. cap. 1. progrediendum docuit.

Cur autem à finis cognitione sit incipiendum, rationes adduci possunt, eæque non leues. I. Cû Ethica proponat sibi τὰ πρᾶκτὰ, seu actiones hominum regendas, homines autem ad vitia admodum sint procliues, proposito & intellecto fine, nimirum summo bono, non parum ad hoc valet ad eos à vitiis ad virtutem reuocandum. Secundo, quia finis mensura est & regula omnium actionum humanarum: is autem non idem ab omnibus statuatur, quidam enim eam in voluptatibus, vt Epicurei; Stoici in virtutibus, alii in aliis ponunt, necesse est auditorem Ethicum in vero fine institui, ne alium sibi proponens à recto aberret.

In auditore Ethico requirit Aristoteles, vt possit & velit secundum rationem affectiones & actiones instituere: hoc vt præstet, hæc secum ad præcepta morum addiscenda debet adferre: Primo, iudicium vsu & experien-

*Cur à finis  
cognitione  
Et sic or-  
diatur.  
Ratio I.*

*3.  
In idoneo  
Ethices  
auditore  
tria sunt  
conside-  
randa.*

II.  
III.  
Vitia qua-  
renus possunt  
tollī.

Qui rei-  
ciantur à  
doctrina  
Ethica.

Pueros ab  
Ethica A-  
rist. duas ob  
causas rei-  
cit.

tia informatum, vt inter actiones ciuiles dis-  
cernere, & quæ honestæ, quæ turpes sint, per  
se iudicare possit. Secundo, vt eo animo acce-  
dat, vt præcepta Ethica in vltum transferre  
velit. Non enim pari ratione hic versandum,  
qua in disciplinis speculatiuis, quas satis est  
nouisse, earumque cognitionem addidicisse:  
sed ita sunt hæc imbibenda, vt secundum hæc  
uiuens vir bonus sit & habeatur. Hoc vt fa-  
cilis assequatur, debet Tertio, Animum  
quantum fieri potest, prauis affectionibus li-  
berum reddere, vt expulso vitio, virtuti pate-  
at aditus: non quod hoc à quoquam præstari  
possit, vt vitiorum ἐπέγχειαν, efficaciam, peni-  
tus tollat; Hoc enim dato hac disciplina vix  
opus esset: Sed vt auditor ita se componat, vt  
docilem & audientem hic se præbeat, præce-  
ptis istis obtemperet, & per ea affectuum im-  
perum coercere & refrenare se velle, apud se  
statuat. Reicit igitur Aristoteles à doctrina  
hac non pueros solum, sed & iuuenes, & alios  
quoscunque, qui his tribus non instructi A-  
cademiam hanc ingredi conantur: In primis  
tamen pueros, vt qui primo per ætatem ma-  
turo iudicio hæc præcepta æstimare nequeant.  
Secundo animi perturbationes in hac ætate  
sunt frequentiores, quæ impediunt, quo mi-  
nus fructum verum huius iuniores assequan-  
tur. Si qui igitur sunt vel adulescentes vel  
pueri his affectibus vacui, qui vitam morum

elegan-

elegantia excultam cupiunt, his vel in primis hæc disciplina est adeunda, hortante Horat. lib. I. Epistol.

*Nunc accipe pura*

*Pectore verba puer, nunc de melioribus offer:*

*Quo semel est imbuta, recens servabit odorem*

*Testa diu.*

His ita explicaris, quod reliquum est definitionis, ita est exponendum. Primo, dicimus, Ethicam esse partem Philosophiæ practicæ absolutam, quæ scilicet nec ad Rempublicam in specie referatur, vt Politica, nec ad familiæ institutionem, vt Oeconomica, sed absolute generalia tradit præcepta, quæ tam magistratum & subditos, quam patrem-familias, & domesticos in vita communi instruant.

Differentia à subiecto & fine est petita, sicut 6. *Ethico. cap. 1.* Aristoteles accidentia esse definienda præcipit.

Finis igitur Ethicæ, est bonum, sed non quoduis, verum summum bonum: interim tamen non ita summum est bonum, vt ultra illud nullum reperiat, quale est illud Theologicum, Deus Optimus Maximus, ad cuius gloriam res omnes sunt conditæ: sed summum bonum hominis: neque hoc simpliciter: Summum enim bonum hominis simpliciter 10. *Ethic.* asserit Aristoteles esse sapientiam: sed summum bonum ho-

4. Est pars  
Philosophiæ  
practicæ  
absoluta.

Differentia  
Bonum civi-  
le est proxi-  
mum ani-  
mus huma-  
nus.  
Finis.

*Summi boni  
causa efficiens  
est virtus.*

*Ethica par-  
tes 2.*

minis ciuilibus, seu in ciuili hac societate consi-  
derari, quod per virtutem moralem etiam  
Ethnicus aliquis assequi potest.

Causa efficiens boni est virtus, quæ bo-  
num hoc parit, & partem velut benigna nu-  
trix fouet & tuetur.

Ex definitione hac per se facile apparet,  
duas esse huius doctrinæ partes: Vnam de  
summo illo hominis ciuilibus bono; Alteram  
de Virtute, seu medio ad summum illud bo-  
num perueniendi.

## CAP. II.

### DE SUMMO (HOMINIS PO- litici) bono.

**S**ummum bonum est operatio ratio-  
nalis, secundum virtutem optimam  
& perfectissimam in vita perfecta.

#### EXPLICATIO.

*A bono sum-  
mo seu fine  
Ethices, cur  
fiat initium.*

Recte à finis explicatione hic fit initium:  
nam, eo tanquam præmio ad vitæ actiones  
præclare instituendas omnes incitantur. Sic-  
ut enim in certaminibus solus præmij & lau-  
dis stimulus excitat, vt quoscunque vincere  
& superare conemur, ita felicitatis præmio a-  
ctionibus honestis proposito, ad vitam lau-  
dabiliter instituendam incitamur.

*Quibus no-  
minib. bonum  
summum  
offeratur.*

Variis autem nominibus hic finis appella-  
tur, præsertim à Græcis, i. τὸ ἀγαθόν, bonum,  
ipsum bonum, & summum bonum, vt Ethic. I.

quare

quare recte, inquit, quidam pronunciarunt, ipsum bonum esse, quod omnia expetunt. 2. εὐδαιμονία, felicitas: εὐδαιμονία dicta & sententia Aristotelis *Eth.* 1. cap. 2. quia prudentia ducens ad summum bonum, est unicuique bonus Dæmon: Fingebant enim Philosophi, præsertim Platonici, duos Spiritus, seu Dæmones, aut Angelos singulis hominibus à nativitate adesse, eumque felicem esse, qui à bono Dæmone regeretur: infelicem contra. 3. μακαρισμός, beatitudo: μακαρισμός quidem à lætitia, quæ beatitudinis comes est, dicta: nã antiqui μακάριον, beatũ ἀπὸ τῆς μάλιστα χαίρειν à maximo gaudio nominabant, Auctore *Arist.* *Eth.* 7. c. 11. Et hæc quidem nomina, si illorũ vis & efficacia in se spectetur, proprie Deo competunt, qui ipsa est bonitas, felicitas & beatitudo: è cuius inexhausta plenitudine homines hauriunt qualescunque felicitatis riuulos, ideoque non nisi secundario hæc ipsis nomina conueniunt. 4. εὐτυχία, prospera fortuna, quam Aristoteles. 2. *Phys.* *contex.* 58. inquit, vel eandem esse cū felicitate, vel ei proximam: quod nomen felicitati inde euenit, quia in externis, seu fortunæ bonis, vt diuitiis, summam felicitatem multi collocant, vel quia sine illis nihil præclare institui acgeri possit. 5. εὐπραξία proba actio, 2. *Phys.* *context.* 58. quia ex recte constitutis actionibus felicitas oritur. 6. εὐζήν, beata vita, 1. *Ethic.* 4.

I. *Summum bonum.*

II. *felicitas.*

III. *beatitudo.*

IV. *prospera fortuna.*

V. *Proba actio.*

VI. *beata vita.*

A 5

Tum

Tum enim felix quispiam iudicatur, cum vitæ actiones recte instituit,

*Duplex hominis finis  
(scilicet bonum)  
I. Theologicus, qui requirit Notitiam,*

*I. Dei.*

Ne quis autem hic erret, tenendum est: Duplicem esse hominis finem. Theologicum unum, Philosophicum alterum. Theologicus hominis finis is est, propter quem à Deo est conditus, quæ est Dei gloria: Vnde Apostolus: siue editis, siue bibitis, omnia ad gloriam Dei facite: Hunc finem homines assequuntur, cum Deum recte, id est, sicut se suo verbo patefecit, in hac vita colunt. Vbi requiritur I. ut Deum agnoscamus esse verum illum solum Deum, & quem misit Iesum Christum, *Ioan. 17. v. 3.* ad quam cognitionem homines nisi Spiritu sancto illuminentur, peruenire nullo modo possunt, cū sit donum Dei. Quare acutissimi Philosophi hic misere hallucinati sunt, ut ex variis illorum de summo bono sententiis iam patebit. Verum quidem est, multos propius accessisse, alios à vero lōgius aberrasse. Vnde Stoici præclare, si verba spectes, censuerunt, reliqua omnia in hominis gratiam condita, hominem autem propter Deum.

II. Requiritur, ut seipsum homines noscant: vnde illud Apollinis oraculū frequens apud Ethicos: Noſce teipsum. Sed quia hominis cognitio à Dei cognitione pender, nemo seipsum probe norit, qui verum prius non recte norit. In hoc quidem multi Philosophi

elabo-

elaborarunt, sed irrito conatu : vnde Seneca Epistola 62. in hoc vnum, inquit, eunt dies, in hoc noctes, hoc opus meum est, hæc cogitatio, imponere veteribus malis finem: id ago, vt mihi instar totius vitæ sit dies: ante senectutem curavi, vt bene viuerem: in senectute, vt bene moriar.

Finem hunc Theologicum frustra ex præceptis Ethicis aliquis expectet, cum sacrosancta Theologia, eaq; sola & modum & medium huius finis determinet. Finis igitur Philosophicus hic traditur, ad quem scilicet Philosophi per igniculos illos in natura corrupta adhuc residuos, vtcunq; pertingere potuerunt. Rursus finis hic Philosophicus vel à Physico, quatenus affectio est hominis, qui spiritus est corporis naturalis: vel à Metaphysico, quatenus hominis bonum in sola contemplatione rerum diuinarum est positum: vel denique à Practico, quatenus actionibus secundum virtutem institutis, dirigitur. Quo sensu finis & bonum ciuile nuncupatur, qui proprie hic definitur. 1. quod sit actio, quæ summi boni forma est, quæ nos intrinsecus perficit, quo modo ab habitu otioso distinguitur. 2. Animi, quia etiam corporis sunt actiones, quæ felicitatis nec causa sunt, nec proprium obiectum. Dicitur autem animus hic agere, seu producere istas actiones: non quod hominem ab actione excludat, sed vt principalem causam denotet, sicut 3. de anima

II.  
Philosophicus, qui tripliciter consideratur, nim. Physice. Metaphysice. Practice. Explicatio definitionis summi boni.

tex.

*Virtus vel  
moralis, vel  
intellectua-  
lis.*

*Iustitia uni-  
uersalis per-  
fectissima est  
virtus.*

*tex.* 4. intellectus intelligit cuncta. 3. Rationalis animi, quia & vegetatiua agit, sed ad virtutis actionem non conducunt: Vbi nomine rationalis, tam illa animi pars, quæ per se rationalis est, & intellectus dicitur, est intelligenda, quam altera illa, quæ per aliud rationalis est, quatenus scilicet rationi recte mandanti obtemperat, qui appetitus nominatur. 4. Secundum virtutem, vbi mensura actionum exprimitur. Cum enim & ex vitio, & ex animo nondum vilo habitu informato, actiones proficiscantur, illarum nullæ, sed sola virtutis actio felicitatem parit. Ac per virtutem quidem intelligi debet tam virtus moralis, quam contemplatiua, vt definitio hæc vtrique felicitatis gradui respondeat; ei scilicet, qui appetitum perficit per virtutes morales: & ei etiam, qui mentem perficit per virtutes intellectuales. 5. Optimam & perfectam: hæc verba ad aliquam vnam in specie virtutem non sunt restringenda, sed respiciunt vel virtutes morales, imprimisque iustitiam vniuersalem, de qua Aristoteles *Eth.* 5. c. 2. Iustitia, inquit, vniuersalis perfectissima virtus est, quia perfectæ virtutis est vltus: ideo autem est perfecta, quia qui ea præditus est, etiam cum alijs, non secum solum, virtute vti potest: vel intelligi possunt virtutes intellectuales, & præsertim sapientia, quæ mentem perficit, & quam Aristoteles *10. Eth. c. 7.* sum-

mum



mum hominis bonum appellat. 6. In vita perfecta: Hæc verba duo requirunt. I. Perfectionem hominis & iudicij. II. Temporis.

Perfectio iudicij inde consistit, ut nimirum felix experientia singulari, iudicio constanti & solido, & habitu virtutis confirmato valeat, ut his instructus præclaras actiones edere & possit & velit.

Perfectio temporis hoc exigit, ut felix perpetuo & æquabili tenore operationes secundum virtutem ad terminum vitæ à natura præstiturum continuet. Hæc expositio manifeste elicitur ex verbis Aristotel. i. mag. mor. cap. 1. Cum igitur, inquit, felicitas sit bonum perfectum & finis, nos latere non debet, id in ætate perfecta esse, non autem in puero, sed in viro, is namq; perfectus, & ne quidem in tempore imperfecto, sed perfecto: Perfectum autem tempus fuerit, quam diu homo

viuere potuerit: Nam recte à multis dicitur, felicem in longissimo vitæ tempore esse iudicandum, ut opus sit perfectum esse & in tempore perfecto, & in homine.

Atque hic est definitionis summi hominis boni sensus, qui ut manifestior euadat, subtexenda sunt generalia axiomata, quæ de eo vulgo proferri solent: quorum hoc sit

### AXIOMATA

#### I. Omnia appetunt bonum.

Ab hoc axioma orditur Aristotel. Ethica sua, & alibi idem sæpe repetit, ut 2. Phys. c. 3.

Perfectio  
duplex:  
Iudicij  
&  
Temporis.

Tempus perfectum quid.

*Finis definitio.*

*Bonum appetunt Res.*

1. *Inanima*

2. *Animata.*

3. *Sensiles.*

p. *Ratione  
radita.*

τὸ ἔνεκα βέλτιστον, i. cuius gratia aliquid fit, est optimum. Cuius gratia aliquid fit, finis dicitur. Nam bonum & finis conuertuntur: ideo ab Aristotele 2. post cap. 9. definitur finis, bonum aliquod, cuius gratia aliquid vel à natura, vel ab arte fit. Sed quia rerum diuersa sunt genera, propterea diuersimode bonum appetere dicuntur. Et I. quidem res inanimæ appetunt, id est, natura feruntur & tendunt ad perfectionem, sicuti cælum & elementa. II. Res animatæ tantum, vt sunt arbores à vegetabili anima ad sui conseruationem & perfectionem naturaliter mouëtur. III. Res sensibiles, vt bruta animantia, quæ magis adhuc proprie per sensitiuam illam vim, res sensibus obiectas, vel tanquam bonas appetunt, vel malas auerfantur. IV. Res eæ, quæ ratione sunt præditæ, quæ propriissime appetunt. Siquidem ratione, qua reliquas superant, bona à malis discernere possunt, & tales sunt homines, qui licet aliquando finem malum appetere videntur, nunquam tamen reuera malum, quæ malum appetunt, sed sub specie boni: quare cum latro mercatorem interficit, vt pecunia eius potiatur, hic finis licet in se malus sit, apparet tamen bonus, vt inde scilicet ditescat. Vnde 2. Phys. cap. 3. ait Arist. in iis, quæ appetimus, nihil refert; an ea bona sint, an bona tantum appareant. Cicero. Tuscul. 4. Natura omnes ea, quæ bona videntur, sequuntur fugiuntque contraria: qua-

re

te recte Horat. in arte Poet. --- decipimur specie  
recti.

## II. Actionibus humanis est aliquod vltimum bonum propositum.

Hoc probat Aristoteles 1. *Ethic. cap. i.* idque  
I. à descriptione boni vltimi, seu summi, quia  
(inquit) est aliquid, quod propter se, & pro-  
pter quod alia omnia expetuntur. In hoc igi-  
tur tanquam in vltima meta appetitus termi-  
natur. Hinc Cic. lib. 1. *de fin.* quærimus, inquit,  
hic, quid sit extremum, quid vltimum bono-  
rum, quod omnium Philosophorum senten-  
tia tale esse debet, vt ad id omnia referri o-  
porteat, ipsum autem nusquam. II. Ab ab-  
surdo: Si enim nullus esset huiusmodi vlti-  
mus finis, seu bonum summum, frustra appe-  
titus humanus aliquid appeteret, cum oport-  
eret semper propter aliud appetere, atque ita  
in infinitum progredi: Finis autem iste vlti-  
mus non tollit subordinatos, sed eos potius  
ponit: illi enim respectu vltimi sunt velut me-  
dia ad vltimum obtinendum, vnde dici so-  
let: omnem finem secundarium ex vltimo ac-  
cipere perfectionem.

## III. Summi boni consideratio est Phi- losophi ciuilis.

Per ciuilem intellige generaliter practicum,  
nprimis vero politicum, sicut tum 1. *Ethic. c. I.*

*Actiones  
humanas  
vltimas  
sibi propo-  
nere bonum  
probatur.*

*I. A descri-  
ptione vlti-  
mi boni.*

*II. Ab ab-  
surdo.*

tum

*Politicam  
disciplinam  
præstantissi-  
mam esse,  
ostenditur.*

tum I. Pol. c. I. exprimit Aristoteles: cuius ratio-  
nem ibidem hanc reddit; quia hæc discipli-  
na omnium est præstantissima, ideo ad eam  
pertinet præstantissimi boni consideratio.  
Quod autem Politica præstantissima sit dis-  
ciplina, hinc constat: I. quia reliquis omni-  
bus disciplinis præest, modum iis præscribēs,  
quousque exerceri, aut in ciuitate tolerari  
possint, vnde & Architectonica dicta est.

II. Quia reliquæ disciplinæ omnes huic vel-  
uti principi suo famulantur. III. Quia reli-  
quarum disciplinarum fines huc, tanquam ad  
vltimum finem, referuntur.

IV. Summum bonum in actione seria  
& per se expetenda consistit.

Tria sunt huius axiomatis membra. I. Sū-  
mmum bonum in actione consistere. II. Actio-  
nem illam debere esse seriam, non ludicram.  
III. Sequitur propterea hanc actionem per  
& propter se, non propter aliud expetendam,  
I. In actione consistere ex eo probatur, quod  
res omnes actione præditæ in ea exercenda  
perfectionem suam inueniunt: sicut non tan-  
tum in artificibus, sed etiam in facultatū fun-  
ctionibus videre est. Sic faber à fabricando,  
actione scilicet, fabri nomen & perfectionem  
obtinet. Sic hepar in sanguinis affectione, sic-  
ut ventriculus in concoctione. Quod si ista  
omnia actionem habent, indeque perfectio-

*I. Summum  
bonum in  
actione con-  
sistere.*

nem

nem sortiuntur, non sine ratione felicitas, quæ hominis perfectio, à sua perfectione, actione scilicet, definiti debet, quod non tantum vox ipsa *εὐδαιμονία*, quæ idem valet, ac *εὐπραξία*, testatur, sed & saniorum Philosophorū consensus approbat, qui non ad ignaviam & iners otium; sed ad actionem & contemplationem, hominem in hoc mundo collocatum censuerunt. Vnde Cic. 3. de nat. Deor. *Omnia aliorum causa (inquit) sunt generata: ut ea fruges atque fructus, quos terra gignit animantium causa: Animantes autem hominum (causa:) ut equum, vehendi causa, arandi bouem, venandi & custodiendi canem. Ipse autem homo ortus est ad mundum contemplandum & imitandum.*

*Felicitas hominis est perfectio.*

11. Actio hæc debet esse in rebus seriis ac grauibus, quia tales virum bonum ac sapientem decent, ideoque ludicris eas sapientis præferet. 2. Cum felicitas sit vltimus hominis finis, si eius perfectio in ludicris poneretur, in hunc finem homines esse natos esse statuendum, & propterea eo nos debere omnes nostras actiones dirigere. 3. Virtus quæ est rerum seriarum, actionis huius forma est, quare ludicra, ut sibi contraria, auersatur. 4. Felicitas est vltimum & præstantissimum bonum, & propterea in præstantissima actione collocanda, qualis est actio seria, si cum ludicra conferatur. 5. Si in ludicris felicitatis perfectio consisteret, tum ipsa mancipia

11. Actionem illam debere esse seriam: &

1. 2.

3.

4.

5.

B

feli-

felicitate frui posse dicerentur. 6. His accedit, quod ludi sæpe ab officio deducunt.

*Ludus enim genuit trepidum certamen & iram;  
Ira truces inimicitias, & funebre bellum.*

III. Per se  
esse expetendam.

III. Si hæc actio felicitatis non propter se, sed propter aliud expeteretur, tum ultimus finis non esset, quia ultimus finis esse non potest, quem propter alium acquirimus. Ex quo & illud sequeretur, felicitatem non esse bonum perfectum, sed in alio perfectionem quaerere.

V. A felicitate homo in hac vita felix dici potest.

Hominem  
à felicitate  
felicem in  
hac vita  
dici posse  
probat.

1.

2.

Licet hoc axioma admodum sit controversum: tamen his rationibus ducti ita statuere minime dubitamus. Nam I. Si ab affectionibus & accidentibus quibuscunque aliis, dum adsunt, recte subiectum inde denominatur, ut ab iracundia iracundus, à calore calidus, cur non etiam à felicitate felix homo dici nequeat? Qualitas enim est, *deficiente Aristotele lib. Categor. c. de qual à qua quales nominamur.* II. Rationi minime consentaneum videtur, ut felicitas hominis, quæ in animi bonis numeratur, à naturæ vel fortunæ instabili mutatione aestimetur: alioqui ex felice miser, & ex misero felix, pro variato fortunæ vultu, vnus idemque euaderet. Atque hæc esse Aristotelis mentem ex 1. *Eth. cap. 10.*

vb<sup>i</sup>

vbi Solonis sententiam refutat: euidenter apparet. Sed ne aliorum opiniones huic contrariæ videantur, illæ in medium adducendæ, & cum hac conferendæ: qualis est illa Solonis, qui à Cræso, secunda fortuna elato, interrogatus: an quempiam se beatiorem vidisset? in hunc sensum respondit, vt notat Ouid. 3. Metaph.

*Scilicet vltima semper*  
*Exspectanda dies homini est, dicique beatus*

*Ante obitum nemo, supremaque funera debet.*

vt notant Val. Max. lib. 7. cap. 2. Laert. lib. 1. in vita Solon. & Herod. lib. 1. Hanc sententiam & alii multi sunt amplexi: vnde Dionysius Tyrannus in Leda, inquit, nullus vnquam hominem mortalem beatum iudicet, antequam bene defunctum videat. Mortuum enim laudare tutum est. Vt inquam hic scrupulus omnis remoueatur, tenendum est, felicitatem aliam esse popularem, aliam proprie sumtam.

Popularis illa à vulgo ab externis vel corporis, vel fortunæ bonis æstimatur. Quomodo neminem felicem absolute in hac vita dici posse certum est, sed cum hac additione, si ita secundum virtutem viuat, vt mors vitæ laudabiliter actæ respondeat. Sed

Proprie dicta felicitas hæc non est, sed illa, quæ in animi bonis posita est. Animus enim veræ felicitatis est sedes, & propterea qui hanc habet, licet corporis & fortunæ bona mutentur, felicitis nomine recte indigitari seu dici

B 2 potest.

3.  
*Ab auctoritate Aristotelis, qui Solonis sententiam refutat.*

*Felicitas vel est popularis,*

*vel proprie sic dicta.*

potest. Vtrumque *Cic. parad. 2.* pulcre expref-  
 fit his verbis : *Nemo potest non beatissimus esse,*  
*qui est totus aptus ex se, quique in se vno sua ponit*  
*omnia: cui autem spes omnis, & ratio, & cogitatio,*  
*pendet ex fortuna, huic nihil potest esse certi, nihilq;*  
*quod exploratum habeat, permansurum sibi ne v-*  
*num quidem diem.*

Quamuis ad veram de summo bono sen-  
 tentiam stabiliendã hæctenus dicta sufficiãt,  
 quia tamen variæ sunt multorum de eo opi-  
 niones, quarum præcipuas recenset & refu-  
 tat Aristoteles, non abs re fuerit eas subiicere,  
 & rationes, cur summum bonum ab iis non  
 recte definiatur, in medium adferre. Sit ergo:

VI. Summum bonum, nec in volupta-  
 te, nec in honore, nec in virtutis ha-  
 bitu, nec in diuitiis, nec in idea bo-  
 ni, sed in actione secundum virtu-  
 tem positum est.

#### EXPLICATIO.

Nullum est plane in tota Philosophia do-  
 gma, in quo plures discrepantes sententiæ re-  
 periantur, quã in isto de summo bono: quot  
 enim sunt sectæ Philosophorum, tot sunt de  
 eo variæ opiniones: vnde *Varro in libr. de Phi-*  
*losophia, adnotante Augustino libr. 19. de ciuit. Dei*  
 288. diuersas hac de re Philosophorum opi-  
 niones colligit, non quod tot reuera sint, sed  
 quod tot erui possint, si hominum de sum-

228. diuers.  
 Philosopho-  
 rum.

mo



mo bono sententiæ inter se conferantur. Itaque in hanc sententiam concludit Varro. *Cum queratur (inquit) de summo bono non planta, non pecudes, non Dei, sed hominis. Homo autem constat ex animo & corpore, inquisitio fit: vtrum sola anima sit dicenda, homo, corpus autem se prabeat, vt equus equiti. Eques enim non est, & equus & homo, sed solus homo, ideo tamen eques dicitur, quia aliquo modo se habet ad equum. An vero corpus solum sit homo, aliquo modo se habens ad animum, sicut poculum ad potionem: Nam calix potio non est, sed aliquo modo potioni continenda accommodatus. An denique nec anima sola, nec corpus solum sit homo, sed vtrumque simul, sicut bigas dicimus duos equos iunctos; quomodo hominem accipiendum cõtendit Varro. Ideoq; summum hominis bonum ex vtriusque & corporis scilicet & animi bonis constare vult, vt qui virtute & aliis animi ac corporis bonis, sine quibus virtus actiones suas commode non potest exferere, fruitur, beatus dicatur. Et hæc sententia ab Aristotele non est aliena, quo sensu dixit Isid. *Beatus dictus est, quasi bene habitus, scilicet ab habendo quod vellet, & nihil patiendo quod nollet. Ille enim vere est beatus, qui habet omnia, quæ vult, & nihil male. Qui autem omnes Philosophorum priores de summo bono sententias velit. Laert. de vit. Philosophorum consulat.**

Nos 6. præcipuas in questione hac sententias hoc axioma sumus cõplexi, quarumq;

*mo bono opinionos.*

*Quinque Philosophorum sententias.*

B 3 prio-

*ti reiciuntur: nimirum  
 summum  
 bonum esse  
 positum:  
 I. In Volu-  
 ptate, idque  
 propter duas  
 rationes.*

I.

priores cum Aristot. reiciimus, solam postre-  
 mam, vt veritati consentaneam admittimus.  
 Sed ne temere ita statuisse videamur, ratio-  
 nes facti nostri sic explicamus.

I. Summum bonum *in voluptate* non esse  
 positum vt probemus, sciendum est; volu-  
 ptatem hic non vno modo accipi: Vulgus  
 enim & voluptuarii corporis voluptatem  
 pro summo bono amplectuntur. In hac sum-  
 mum bonum non esse situm, hinc constat.

I. Cum summum bonum homines bonos ef-  
 ficere debeat, tantum abest, vt voluptas cor-  
 poris hoc præstet, vt homines seipsis longe  
 reddat deteriores: quare ita grauiter Bern-  
 hardus inquit, *mens assueta delitiis, nec exculta  
 disciplina sarculo, multas contraxit sordes, &  
 Cicer. Imitatrix est boni voluptas malorum mater  
 omnium, cuius blanditiis corrumpuntur, quæ natu-  
 ra bona sunt.*

2.

II. Summum bonum hominis est propri-  
 um, vt voluptas corporis humani est cum  
 brutis communis: qua cum bruta frequen-  
 tius, quam ipse homo fruuntur, pecuinum  
 potius, quam humanum bonum est dicen-  
 dum, quo spectat illud Ciceronis *Parad. I. Cum  
 tibi, inquit, siue Deus, siue mater rerum omnium  
 natura dederit animum, quo nihil est præstantius,  
 neque diuinius, sic te ipse abiicies atque prosternes, vt  
 nihil inter te, atque inter quadrupedem aliquam  
 putes interesse? Et Tuscul. I. Si nihil haberet alie-*

num

num hominis animus, nisi vt appeteret, aut refugeret, id quoque ei esset commune cum bestiis: & 3. Off. Si considerare volumus, quæ sit in natura hominis excellentia & dignitas, intelligemus, quam sit turpe diffluere luxuria, & delicate ac molliter viuere: quamque honestum parce, continenter, seuerè, sobrie.

Hanc autem corporis voluptatem etiam Cyrenaici, pro summo bono agnoscunt, teste Laertio lib. 2. de vita Philosoph.

Verum Epicurus, cum voluptatem summum bonum esse dicit, non luxuriosorum & nepotum voluptates, easque, quæ in gustu & ingluuie sunt posita, sed non delere corpore, animo tranquillum esse & perturbatione vacare, vt auctor est idem Laertius lib. 10. in vita Epicuri. Constituit igitur Epicurus voluptatem tam corporis, quam animi esse summum hominis bonum. An autem huiusmodi voluptatem pro summo bono agnoscere debeamus, Senecam consulamus de vita beata: Sicut, inquit, nauigatio in mari Syrtico periculosa est, & captarum ferarum sollicita possessio. Sæpe enim laniant Dominos: ita habent se magnæ voluptates, in magnum malum euasere, captaeque (scil. ad habentibus) ceperunt, (scil. habentes) dilaniarunt, quæ quo plures; maioresque, eo ille minor ac plurius seruus est, quem felicem vulgus appellat. Concedimus tamen cum Aristot. voluptatem animi, felicitatis esse comitem, non ipsam felicitatem.

Iam ad secundam sententiã transeundum,

B 4

& sum.

Voluptas  
Epicuri  
quæ?

II. In honore, tres ob causas.

I.

& summum bonum in homine perfectionem suam non obtinere ex sententia Aristot. erit demonstrandum.

I. Honor non est proprium bonum eius, cui defertur. Dicitur enim honor esse honorantis, non honorati: Debet autem summum bonum eius esse proprium, cuius bonum dicitur. Honorem huiusmodi esse pluribus posset testimoniis comprobari: sufficiat illud Pyrrhi apud Plutarchum, *Pyrrhus enim, inquit, cum domum redisset, rebus feliciter gestis, & à suis aquila duceretur: per vos, inquit, aquila sum: Qui enim non essem, cum vestris armis, veluti pennis subleuer?* Agnovit hic Pyrrhus, honorem illum sibi à militibus oblatum, ad se non proprie pertinere, licet ei ab iis attribueretur.

2.

II. Honor cum ab hominum voluntate, quæ mutabilis admodum est, dependeat, facile potest amitti, mutata scilicet deferentium voluntate: summum autem bonum immobile esse debet *δυσάφαιρον*, quare recte Iuvenal. Satyr. 19.

*Turba tremens sequitur fortunam semper & odit  
Damnatos: idem populus si Nursia Tusco  
Fauisset: si oppressa foret secura senectus  
Principis, hac ipsa Seianum diceret hora  
Augustum.*

3.

III. Summum bonum propter se experitur, ut supra est expositum, honor vero propter virtutis opinionem: Nam ut I. de orat. Cicer.

Conci-

Conciliantur animi hominum dignitate hominis, rebus gestis, estimatione vite: alienanturque ab iis, in quibus hæc non sunt. Quare ut hominum animos hac, velut illecebra, sibi homines concilient, honores captare solent, de quibus Boetius:

*Quid dignum stultis mentibus imprecer?*

*Opes honores ambient:*

*Et cum falsa graui mole parauerint,*

*Tum vera cognoscant bona.*

Terriam sententiam Stoici, ut & Cynici, tueri videntur in virtute summum bonum collocantes. Vnde Sen. in Epistolis: vnum, inquit, hominis bonum ipsa virtus est, & in Amphit.

III. in virtute propter duas causas.

Plautus:

1. Virtus præmium est optimum.

2. Virtus omnibus [rebus anteit profecto:

*Libertas, salus, vita* (uantur.

3. [Res, parentes, patria & prognati, tutantur, ser-

4. [Virtus omnia in se habet: omnia adsunt bona,

*Quem penes est virtus.*

Sed primo cum virtus non propter se, sed ut per eam viri boni & felicitis titulus sequatur, virtus expetatur, pro summo bono haberi non potest. Hoc respexit Iuuen. Satyr. 10.

*Tanto maior fama sitis est, quam*

*Virtutis: quis enim virtutem amplectitur ipsam,*

*Premia si tollas?*

Huc accedit secundo Argumentum Aristotelis virtutis habitum in otioso, dormiente,

2.

B 5

& mi-

& misero inueniri, secundum illud Seneca. Nulli preclusa est virtus, omnib. patet, omnes admittit, omnes inuitat: non eligit Dominum, non sensum, nudo homine contenta est. Qui autem infortunatum seu miserum fortunatum & felicem esse, audet defendere, is vel maxime Paradoxa posset eadem opera tueri, cum hæc duo sibi mutuo contrarientur.

IV. In diuitiis, propter tres causas.

I.

Sed nec in diuitiis (quæ quarta est sententia) summum bonum consistere potest. Primo, summum bonum per licita & honesta media acquiri debet: Diuitiæ autem sæpenu-mero per vim, rapinas, fraudes, & aliorum iniurias comparantur, vnde Iuuen. Satyr. 24.

----- Nec plura venena

Miscuit, aut ferro grassatur sæpius vllum  
Humanae mentis vitium, quam seua cupido  
Indomiti census.

II.

II. Diuitiæ homines vt plurimum elatiores & insolentiores reddunt, cum contra summum bonum non efferat. Nam is est beatus, ait Cic. 4. Tusc. quest. cui nihil humanarum rerum aut intolerabile ad dimittendum animum, aut nimis letabile ad efferendum videri potest.

III.

III. Diuitiæ nunquam propter se, sed vt ait Cic. 1. de offic. appetuntur diuitiæ, tum ad vitæ vsus necessarios, tum ad perfruendas voluptates. Cōcludimus ergo cum Lacone, qui cuidam Lampen Aegenetam efferendi, ac felicem predicanti, quod prædiues videretur, multorum nauigiorum Domi-

nus,

nus. Nihil, inquit, moror felicitatem de funibus pendentem, ut refert Plutar. in Lacon. Apophthegmatibus. Nam ut vestes videntur addere calorem homini, cum per se sint frigidae: non addunt autem, sed eum, qui est in corpore, tuentur. Sic opes videntur dare iucundam vitam, cum tamen ea reuera proficiscatur ab animo, non à rebus externis, ut auctor est idem Plutarch.

Quinta sententia Socratis & Platonis est, qui summum bonum in Idea boni collocarunt. Quæ sententia ut melius intelligatur, explicandum nobis erit. I. Quid nomine Ideæ à Platone intelligatur. II. An talis idea in rerum natura detur. III. Licet detur, an pro summo bono agnosci debeat.

Ad primum quod attinet, non satis constat, quid nomine Ideæ à Platone intelligatur: triplex tamen eius apud eum significatio reperitur. I. enim Idea eminentiam significat, quo sensu Deus dicitur Idea omnium: Ut enim vnitus virtute includit omnes numeros: ita Deus, qui est ipsa eminentia, virtute includit omnes ideas, quasi rerum numeros: vnde 7. de Republica sic inquit: Arbitror ordine ipso intelligibili boni ipsius ideam supremam existere, vixque videri. Si autem visa fuerit, asserendū est, eam omnibus omnium rectorum atque bonorum causam esse, cum ipsa in loco visibili lumē creauerit, luminis-que auctorem: in ipso vero intelligibili regnet ipsa, veritatemque & mentem protulerit, quam nosse necesse

V. In Idea  
cuius refutationem  
infra vide.

Triples  
Idea secundum  
Platonem significatio.

I.

est

*est omnem, quicumque sana mente, quicumque vel privatim, vel publice est acturus.*

2.

II. Idea pro forma sumitur, seu communi essentia per se, extra Deum alicubi existente, à qua reliqua omnia singularia suam essentiam accipiant, & ad cuius exemplar sint creata. Atque in huius ideæ contemplatione, summum hominis bonum collocasse Platonem plerique autumant. Et contra hanc sententiam Aristoteles imprimis argumentatus est.

3.

*De Idea sententia Platonis, in secunda significatione accepta ab Aristot., refutatur quatuor rationibus.*

I.

III. Idea pro similitudine seu imagine accipitur, dum quicquid animo uniuersaliter concipitur, idea nuncupatur. Atq; hæc triplex est ideæ apud Platonem significatio, quarum secundam, in qua Plato summum bonum collocasse putatur, his argumentis refutat Arist. I. Eorum, in quibus est prius & posterius non datur communis idea, sicut ipsi Platonicifitentur, qui in numero communem ideam dari non posse, propterea asserunt, quia in numero datur prius & posterius: at in boni idea datur prius & posterius. Nam alia sunt bona per se, quæ semper sunt priora iis, quæ ad aliud referuntur. Et quædam sunt bona in substantia, quædam in qualitate; substantia autem prior est accidentibus.

2.

II. Si vna esset bonorum omnium idea in vnico prædicamento omnia bona continerentur: at bona in diuersis reperiuntur prædicamentis. In substantia, vt; Deus, meus: In

quan-



quantitate, ut æquale, mediocre: In qualitate  
ut virtus, ars, & ita deinceps.

III. Si boni daretur cōmunis aliqua idea,  
posset etiam dari definitio omnium bonorū,  
& per consequens posset vna aliqua discipli-  
na dari, quæ omnia bona explicaret: At scien-  
tiam huiusmodi vnā, quæ omnia bona ex-  
plicet, dari non posset, ex eo est manifestum,  
quod singulæ res in diuersis disciplinis & sci-  
entiis tradantur: sic sanitas in medicina: ora-  
tio in Grammatica, &c. Sæpe etiam vnus e-  
iusdemq; rei diuersa est consideratio, sic me-  
diocritas alia est consideratio in virtute, alia  
in victu, alia etiam in exercitiis.

IV. Ideæ non differunt reuera à rebus ipsis,  
quarum sunt ideæ: alioqui si differrent, diuer-  
sas haberent definitiones. Sic hominis idea  
diuersam non habet ab ipso homine defini-  
tionem, nec idea boni à bono. Atque hæ sunt  
rationes Aristot. contra sententiam Platonis,  
quæ quidem aduersus secundam illam Ideæ  
significationem aliquid forte ponderis &  
momenti habent: sed vero est similis, al-  
tius Platonem penetrasse. Expresse enim ait  
Laert. (lib. 3. in vita Platon.) Platonem statu-  
isse, finem seu summum bonum esse assimilari Deo.  
Deum igitur statuit Plato summum illud, &  
humanæ felicitatis obiectum, ac vltimam  
perfectionem. Quod si ita sensit; non mul-  
tum à vero aberravit: Nam æterna Dei vi-

den-

3.  
4.  
*Sententia  
eiusdem  
Platonis,  
qua Deum  
bonum sum-  
mum statu-  
it, ab Ari-  
stotele refu-  
tatur duas  
ob causas,  
quas vide  
infra.*

*Sententia  
Platonis de  
summo  
bono.*

dendi fruendiq; voluptas illud est vltimum, quod per se expetitur: quod consequens te-  
cte beatus appellatur: Huic enim nihil iam  
amplius ad summam felicitatem deest: & in  
ea sic acquiescit, vt nihil præter ea desideret,  
cum sit malis omnibus liberatus æternaque  
donatus vita. Sed quia hanc nemo nisi Dei  
beneficio ac munere, ne quis homo glorie-  
tur, assequi potest: id enim non est volentis,  
nec currentis, sed miserentis Dei, & peculiare  
Spiritus sancti donum, per Christum Domi-  
num nostrum concessum, ad quem nemo ve-  
nire potest, nisi pater cœlestis illum traxerit:  
non immerito forte cum Aristotele ne hanc  
quidem Platonis sententiam admitteremus,  
quod duplici argumento confirmat Aristote-  
les. I. Quia hic quæritur huiusmodi bonum,  
quod hominum industria potest comparari:  
sed idea boni Platonica actionibus nostris  
comparari non potest, cum bonum sit seiun-  
ctum, vt vix animo comprehendere, nedum  
studio, aut industria humana cōparari possit.  
II. Contemplatio huius ideæ ad felicitate-  
tem consequendam nihil confert, cum non  
in actione, sed in nuda speculatione, & à pra-  
cticis operibus procul remota consistat. Vn-  
de factum est, vt nullus artifex huius ideæ co-  
gnitionem in operando sibi proponat: qua-  
licet destituantur artifices, nec eam quærant,  
exacte tamen artes suas opusque possident fi-

nem

nemq; suum assequuntur. Ergo cum Aristotele concludamus, Ideam illam Platoniam summum hominis bonum practicum non esse, quicquid tandem nomine Ideæ Plato intellexerit. Quamuis enim ipsum Deum per Ideam significauerit, cum Ethnicus fuerit, & propterea veram Dei in Christo cognitionem non habuerit, quo modo actiones nostræ voluntati diuinæ sint conformandæ, ut ita Deo assimilemur, præscribere non potuit.

Vnde sequitur vltima opinio, quæ est Aristotelis, summum bonum quod civile dicitur, *in actione secundum virtutem* consistere. Hæc enim est illa cynosura, quæ periculofam vitæ humanæ nauigationem in recto cursu dirigit, & quam suis viribus etiam homo naturalis assequi potest.

Hactenus felicitatis natura definitione fuit explicata, sequitur ut causa eius efficiens designetur.

## CAP. III.

## DE CAUSA EFFICIENTE

*felicitatis.*

**C**AUSA felicitatis efficiens est, qua felicitatem homines assequuntur.

Estq; duplex: Primaria & Secundaria. Primaria causa felicitatis est Deus.

## EXPLICATIO.

Hoc magno consensu etiam Philosophi

omnes

*Aristotelis  
sententia de  
summo bo-  
no, quod il-  
lud in actio-  
ne virtutis  
cōsistat, ad-  
mittitur &  
probat.*

*Efficiens  
causa felici-  
tatis duplex.  
Primaria  
Deus, quod  
duobus ar-  
gumentis  
probat.*

omnes docuerunt, in mundo esse Deum aliquem, qui regit, qui gubernat, qui cursum astrorum permutaciones temporum, rerum vicissitudines ordinesque conseruat, terras & maria contemplan, hominum commoda & vitas tuetur, vt ait Cic. de nat. Deor.

1.

Vnde sic infert Aristoteles. I. Si Dei prouidentia mundus administratur, isque cōsulit rebus humanis, neque solum vniuersis, sed etiam singulis, merito ei, vt optimo, optimi & praestantissimi boni, largitio est attribuenda.

2.

II. Cum Deus sit ipsius naturæ bonæ auctor, vnde actiones congrue, & secundum virtutum formatæ profluunt, ipsius quoque felicitatis auctorem esse, est consentaneum.

Ex his facile est colligere, quam, sinistre multi de Aristotele sentiant, quasi cœlesti numen nullum agnosceret, cum hic non tantum agnoscat, sed omnis boni fontem fateatur. Vnde sui memor 9. *Metaphys. context. 17.* sic ait, si prima causa non esset, nihil esset: & 2. *Metaphys. cap. 1. Primum*, inquit, in quoquo genere est mensura. Videre licet & alia his plane consona testimonia, 12. *Metaphys. cap. 7. & 8. & 8. Phys. cap. 5. & alibi.*

Secundaria.  
natura, &  
industria  
humana.

Secundaria felicitatis causa efficiens est natura & industria humana.

#### EXPLICATIO.

Istæ autem non sunt felicitatis causæ proximæ, sed quæ proximam, virtutum sc. eiusque

actio-

actionem procreant. Et quidem necessario requiritur *εὐφύα*, seu naturæ bonitas, quæ hominem disponat, & habilem ac aptum reddat ad virtutis habitum recipiendum.

*Format enim naturâ prius nos intus ad omnem Fortunarum habitum.* Auctore Horatio in arte Poetica.

Necessario igitur requiritur hæc naturæ dispositio: nam *repugnante natura, qualibet cedit industria*: vt recte monet Cassiod.

At sola non sufficit natura, quia, vt 3. *Tusc.* ait Tull. *quos natura nobis paruulos dedit igniculos, celeriter malis moribus, opinionibus deprauatis, sic restringimus, vt nusquam naturæ lumen appareat.* Opus est industria, ne quod natura animis nostris insecuit, id ignauia nostra pereat: verum contra vt diligentia exculta incrementum capiat.

Industriae nomine duo significantur.

Doctrina & Exercitatio.

E X P L I C A T I O.

Hæc duo Aristoteles *Polit.* 7. *cap.* 13. & *Ethic.* 10. *cap.* 9. ad virtutem comparandam præterea requirit. Et doctrinam quidem, seu institutionem in præceptis Ethicis, vt cognita virtutis præstantia & utilitate: & eius vitii turpitudine & noxa, ad illam amplectendam maiore studio alliciamur, & ad hoc auersandum magis magisque accendamus. Nam, vt contra

*Industria  
requirit do-  
ctrinam &  
institutio-  
nem in præ-  
ceptis Ethicis.*

C

Salust.

Salust. ait Cicer. an vllum' putas fieri posse ciuem egregium, qui eloquentiæ artibus & bonis disciplinis non sit eruditus? an alia esse putas rudimenta & incunabula virtutis, quib. animi ad gloriæ cupiditatem aluntur; Quod hoc simili Ethic. 10. cap. 9. illustrat Aristoteles: Sicut, inquit, terram, antequam semen illi mandes, subigi prius & arari oportet: ita animus eius, qui in moribus eius est instituendus, honesta disciplina est præcolendus, vt honestis rebus gaudeat, turpibus offendatur & prauis animi perturbationibus fræna non laxet: alioquin ne bonos mores docentem intelliget, nec docenti obtemperabit.

II.  
Exercita-  
tionem.

Sed quia sine vsu non multum prodest doctrinæ præcognitio, ideo ad doctrinam debet exercitatio accedere, & operatio secundum præcepta: nam, vt ait Diog. apud Laert. lib. 6. de vita Philosophorum, absq; exercitatione nihil in vita perficitur: ea vero omnia exsuperare potest, nam ipsius quoque voluptatis contemptus, si nos assuefecerimus, iucundissimus fit, & sicut hi, qui censuerunt voluptuose viuere, moleste se inde auelli patiuntur: ita qui aliter sunt exercitati, facillime ipsas contemnunt voluptates.

Corporis  
&

Requiritur autem & animi & corporis exercitatio. Vnde idem Diogenes æstate in feruida arena se obuoluebat; hyeme statuas niue perfusas complectebatur, omnibus modis ad laborem tolerantiamq; se ipsum accommodans. Quamuis istiusmodi Cynica tolerantia

non

non prorsus requiratur, sed ea, quæ honesta est, & ingenium ad virtutis studium exacuat atque accendat, quo modo legimus eundem Diogenem Xeniadæ filios instituisse, non tantum in disciplinis reliquis, sed & in equitando, arcus intendendo, fundas rotando & iaculando: auctor est loco citato Laertius.

Sed in primis animi exercitatio, ut ad innatas cupiditates reprimendas, ad temperantiam ac patientiam colendam sese assuefaciant: Nam educatio & disciplina, adiuncta animi exercitatione, mores format, & sicut id sapit, unusquisque quod didicit: sic illud dextre efficit, quod usu comparavit. Itaque bona consuetudo excutere debet, quod mala instruxit: quæ bene docet loqui, bene docet facere, ut libro de moribus ait Sen. Ex his hoc elicimus axioma.

Animi.

Fortuna non est causa efficiens felicitatis.

### EXPLICATIO.

Veritas huius axiomatis, hoc duplici fundamento nititur, i. quia, ut canit Ouid. libr. 4. de Pont. eleg. 3.

*Hæc Dea non stabili, quam sit levis, orbe fatetur,  
Quæ summum dubio sub pede semper habet.*

Est sci icet cæca, inconstans, bruta, & mutabilis. Vnde 2. ad Heren. dicitur, Fortunam insanam esse, & cæcam, & brutam perhibent Philosophi: Cæcam, ob eam rem, quod nihil cernat, quæ sese applicet? Insanam autem aiunt, quia atrox,

Fortunam causam felicitatis efficientem non esse, probatur dupliciter i. quod sit

Cæca:  
Insana.

*Bruta.*

II.

*Quod frustra tum leges conde-  
rentur.*

*Magistratus  
officium  
quodnam.*

*Persarum  
liberi, quo  
modo ad ho-  
nores & ma-  
gistratus  
gradatim  
sunt ad-  
missi.*

*incerta, instabilisque sit: Brutam, quia cum multis incommodis conflictatur, propter immensam pecuniae cupiditatem. Talis cum sit fortuna, absurdum fuerit, felicitatem, quæ est præstantissimum bonum, firmum, constans, cum ratione & virtute semper coniunctum, illi adscribere.*

II. Si à fortuna hominibus obueniret felicitas, frustra magistratus in legibus ferendis, operam insumerent, ut secundum eas vitam, vitæque actiones ciues instituunt. Videmus autem, non tantum hoc vulgo fieri, sed etiam à prudentioribus commendari & præcipi: unde Aristoteles in extremo Eth. ait, ad Magistratum pertinere, ut leges condant, quibus & iuvenes & adulti in officio contineantur, & insanabiles à Republica eiciantur: quod si Magistratus hoc negligat, patrisfamil. hoc esse officium, ut curam habeat liberorum, ut & amici amicorum: Qua de re insignis exstat apud Xenoph. locus, i. π α υ δ ι α ς, in hunc sensum: dicuntur, inquit, Persarum 12. Myriades esse, horum nemo arcetur ab honoribus & Magistratu gerendo. Quin licet omnibus Persis mittere liberos suos ad publicos iustitiæ ludos: Mittunt autem ij, qui pueros otiosos alere possunt: qui vero non possunt, non mittunt. Qui autem apud Magistratus publicos sunt instituti, illis licet inter adolescentes versari: Illis vero, qui instituti non sunt, non licet. Qui autem inter adolescentes constanter profecerunt, in iis, quæ legibus præscripta sunt, his

· licet



licet cum perfectis versari & magistratum  
honorumque participes esse. Qui vero inter  
adolescentes non constanter manebant, ad  
perfectos viros non perueniebant. Sed qui  
porro inter perfectos viros inculpate vixe-  
rant, semper hi senioribus adhibentur. Atque  
si per omnia honesta officia peruenissent, se-  
niores creabantur: Et hæc (inquit Xenoph.)  
Politica est, qua qui utuntur, arbitrantur, se  
optimos esse.

Sic fuit causa efficiens felicitatis, se-  
quuntur eius adiuncta.

## CAP. IV.

## DE PROSPERA FORTUNA.

Felicitatis adiuncta duo sunt: Pro-  
spera fortuna & Honor.

Prospera fortuna est ornamentum  
felicitatis per ea bona, quæ extrinse-  
cus viro bono obueniunt.

## EXPLICATIO.

Tria sunt bonorum genera: teste Platone apud  
Laertium in eius vita: Alia anima, vt iustitia,  
prudentia, fortitudo, temperantia, &c. Alia corporis,  
vt pulcritudo, præclarus habitus, sanitas, robur. Alia  
fortuna, vt amici, felicitas patrie, diuitiæ & similia.  
In nullo autem horum summum bonum per-  
fectionem suam obtinere supra est demon-  
stratum. Ad felicitatem tamen aliquo modo

Bonorum  
genera tria:  
Anima,  
Fortuna,  
Corporis.

C 3 sunt

*Stilpon.  
Omnia mea  
mecum sunt.*

*Prospera  
fortuna ad  
quid utilis,*

*quomodo  
hic accipi-  
enda.  
In homine  
que optan-  
da & lau-  
danda.*

*Vita beata  
qui sit posita  
in virtute.*

sunt affecta: Nam animæ bona necessario ad felicitatem requiruntur, quia eam pariunt, producunt & conseruant. Reliqua v. vt corporis & fortunæ bona non tam arcto cum felicitate vinculo coniunguntur. Siquidem sine iis etiam felix esse potest. Vnde Stilpon capta patria, amissis liberis, amissa vxore, cum ex incendio publico solus, & tamen beatus, exiret, interroganti Demetrio, num quid omnia perdidisset? respondit: nihil, inquit, perdidit, omnia mea mecum sunt: Iustitia, virtus, prudentia. Nihil bonum putare potuit quod eripi posset, vt refert Sen. Sunt tamen hæc bona felicitatis ornamenta, in hoc utilia, vt vir bonus & beatus eo melius & sæpius felicitatem exercere posset: præbent enim occasionem ad virtutem exercendam.

Per prosperam fortunam igitur intelligimus non illa tantum, quæ vulgo dicuntur fortunæ bona, sed quæcunq; à fortuna pendent, & quæ fortuita dicuntur, vt sunt etiam corporis bona, vt robur, pulcritudo, &c. quæ beatum non efficiunt, sed exornant & adiuvant. Quam sententiam sequutus est Cic. 2. de Orat. his verbis: *Alia sunt in homine optanda, alia laudanda. Genus, forma, vires, opes, diuitia, ceteraque quæ fortuna dat, aut extrinsecus, aut corpori non habent in se veram laudem, quæ deberi vni solum virtuti putatur. Sed tantum quod ipsa virtus in earum rerum vsu ac moderatione maxime cernitur: & Varro apud eundem Cic. 1. Acad. quest. expref-*

fius

fius  
sensu  
tam  
&  
Bio  
labo  
pre  
Qu  
Vx  
Ca  
Iur  
M  
V  
in  
eff  
Sa  
pi  
ai  
or  
te  
e  
tu  
te  
Q

sius adhuc sic ait: *Omnis illa antiqua Philosophia sensit, in vna virtute esse positam beatam vitam, nec tamen beatissimam, nisi adiungerentur, & corporis, & cetera ad virtutis vsum idonea. Censuit idem Bion Philosophus, qui diuitias rerum neruos appellabat, quod his versibus non ineleganter expressit Petronius.*

*Quisquis habet nummos, securam nauiget aura,*

*Fortunamq; suo temperet arbitrio.*

*Vxorem ducat Danaen, ipsamq; licebit*

*Acrisium iubeat credere quod Danaen.*

*Carmina componat, declamet, concrepet, omnes*

*Et peragat causas, sitque Catone prior.*

*Iurisconsultus paret, non paret habeto,*

*Atque esto quicquid Seruius & Labeo.*

*Multa loquor: quiduis nummis presentibus opta:*

*Eueniet: clausum possidet arca Iouem.*

Vnde diuitiarum vim & efficaciam facile quis intelliget; sed in earum possessoribus magnū est discrimen: hoc in primis: quod diuitiae apud sapientē in seruitute sunt, apud stultū in imperio: Sapiēs diuitiis nihil permittit, nobis diuitiae omnia, vt ait Sen. Epist. 15. Quare viro bono diuitiae sunt ornamento, qui ad beneficentiam liberalitatemq; eas cōfert, malis saepe detrimento, quae effectrices multarum & magnarum voluptatum, vt nō inepte ille apud Terent. in Heauton. dixerit, de bonis istis externis loquutus: *Quid reliqui est, quin habeat, quae quidem in homine dicuntur bona.*

*Diuitiae rerum sunt nerui.*

*Possessores diuitiarum quomodo discrepent. Diuitiae virum bonum ornant, malum deformant.*

Parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, diuitias.

Atq; hæc perinde sunt, vt illius animus qui ea possidet. Qui vti scit, ei bona; illi qui non vtitur recte, mala.

Homo frugi  
omnia recte  
facit.

Ex his sequitur Axioma Arist. Eth. 1. cap. 11.

Qui vere bonus ac prudens est, decore omnem fortunam perfert, & profacultatibus semper pulcerrima quæque atque optima agit.

Ratio huius ibidem redditur. I. quæcunque enim accidunt siue prospera, siue aduersa, ea, vel sunt parua, atq; ita ad felicem locomouendum nihil habent momenti: vel magna ac multa: Quod si illa magna ac multa fuerint bona, vitam beati reddunt beatiorẽ, quod ita expressit Martial. lib. 10. Epigram.

*Vitam quæ faciunt beatiorẽ,  
Iocundissime Martialis, hæc sunt:  
Res non parta labore, sed relicta:  
Non ingratus ager, focus perennis,  
Lis nunquam, toga rara, mens quieta,  
Vires ingenuæ, salubre corpus,  
Prudens simplicitas, pares amici,  
Conuictus facilis, sine arte mensa;  
Nox non ebria, sed soluta curis:  
Non tristis thorax, attamen pudicus,  
Somnus, qui faciat breues tenebras,  
Quod sis esse velis, nihilque malis:  
Summum nec metuas diem, nec optes.*

Vitæ be-  
tæ admi-  
nicula.

Sin magna illa & multa mala fuerint, pre-

ment

ment quidem ac lædent beatitudinem: quippe & molestias afferent, & impedimento erunt, quo minus beatitudinis operationes felix ita exprimat, ut alias vellet: Nunquam tamen penitus oppriment, aut efficient, ut ex beato fiat miser.

II. A Simili: sicut peritus belli dux etiam in exiguo exercitu peritiam suam militarem ostendere potest, & sutor etiam ex quibuslibet pellibus elegantem & pulcrum calceum efficit: ita etiam vir bonus, ex iis quæ quouis tempore offeruntur, res pulcerrimas gerit, ut licet non perfectissime beatus, tamen non miser, aut infelix recte appelletur.

Aduersa igitur fortuna felicitatem obscurare potest, penitus extinguere non potest: Nam ut est apud Horat. lib. 1. Epist. ad Quintium.

*Aduersa  
fortuna fe-  
licitatem  
obscurat,  
non tollit.*

*Vir bonus & sapiens audebit dicere Penthe  
Rector Thebarum, quid me perferre, patique  
Indignum coges? Adimam bona, nempe pecus, rem  
Lectos, argentum. Tollas licet. In manibus &  
Compedibus seuo te sub custode tenebo:*

*Ipsè Deus simul atque volam, me soluet opinor.*

*Hoc sentit, moriar. Mors vltima linea rerum est.*

Sed postremam hanc partem multi etiam Philosophi, aliique non admiserunt, ut quispian sibi violentas manus inferret. Vnde Plato censuit, optimum quemque infractò animo vim fortuna, & incursum calamitatum ferre, & nisi

*Violentas  
manus ne-  
mo sibi in-  
ferre debet.*

*Diuitia non  
faciunt bea-  
tum.*

*cum dies promissus aduenerit, neminem iniussu Dei mortem sibi consciscere, idque esse magnificentius. Manet igitur illud firmum, beatum, licet extremis malis vulneretur, non tamen labescere, aut penitus concidere, sed sui memorem ad virtutis actiones, pro virili parte contendere. Est enim, ut habet Epigramma: Securus, mundi instar habens, teres atque rotundus. Concludamus igitur cum Horat. Oda 9. lib. 4.*

*Non possidentem multa vocaueris*

*Recte beatum: rectius occupat*

*Nomen beati, qui Deorum*

*Muneribus sapienter uti,*

*Duramque callet pauperiem pati:*

*Peiusque letho flagitium timet.*

*Sic fuit prospera fortuna, sequitur altera felicitatis adiunctum.*

## C A P. V.

### DE HONORE.

*Honor quid.*

**H**onor est ornamentum felicitatis, quod à viris bonis propter magna merita felici defertur.

### E X P L I C A T I O.

Petita est hæc Definitio ex 4. Eth. c. 3. Aristotelis: ubi honorem statuit obiectum magnanimitatis, eumque verum esse asserit, quem tanquam debitam virtutis mercedem, à ma-

gnani-

gnanimo moderate expetitam viri boni ac  
 clari deferunt: Nec multum abest Cic. de claris  
 ora. ad Brut. Honor, inquit, est præmium virtutis,  
 iudicio & studio civium delatum ad aliquem: qui  
 eum sententiis, qui suffragiis adeptus est, is mihi &  
 honestus & honoratus videtur, & lib. 10. Epist. famil.  
 Is vere honos videri solet, qui non propter spem futuri  
 beneficii, sed propter magna merita claris viris defer-  
 tur & datur: estque non inuitamentum ad tempus,  
 sed perpetuæ virtutis præmium.

Veri igitur honoris hæc sunt signa. I. Si à  
 viris bonis & iudicio præditis deferatur. II. Si  
 propter res præclare gestas, tanquam veræ  
 virtutis præmium detur. Sed quia Aristoteles  
 1. Eth. c. 12. felicitatem vult esse bonum hono-  
 rabile, non laudabile, videndum erit, quo  
 modo hoc sit accipiendum.

Quæstio igitur est, vtrum honor an laus pro-  
 prie magis felicitati conueniat? Concluditur aut  
 honorem ei magis proprie competere, idque  
 hoc modo: quæcunque sunt bona ea vel sunt  
 τιμια, honore afficienda, vel ἐπαίνετα, laudan-  
 da, vel ἡδέετα, neutra, seu media. Felicitas  
 nec è secundo nec è tertio est bonorū genere:  
 quare relinquitur, vt sit bonū honorandum.

I. Quod non sit laudabile, ex eo liquet: quod  
 ea proprie laudantur, quæ aliquam præbent  
 vtilitatem ad bonum aliquod maius & ex-  
 cellentius comparandum: sic virtus laudatur,  
 quia per eam assequimur fœlicitatē. Nam ve-

ri laus

Honoris ve-  
 ri signa.

1. à viris  
 claris de-  
 ferri.

2. propter  
 res præclare  
 gestas.

Quæst. Virū  
 honor, an  
 laus magis  
 felicitati  
 conueniat?

Resp. felici-  
 tas est bonū  
 honorabile  
 non lauda-  
 bile.

Bona sunt  
 vel hono-  
 randa, vel  
 laudanda.

vel Media.  
 Felicitas  
 non est bonū  
 laudabile,  
 Laus pro-  
 prie quarū  
 sit verum.  
 Felicitas nō  
 est bonum  
 medium.  
 Bonum me-  
 dium quid.

Felicitas est  
 bonum ho-  
 norabile.  
 Honor qui-  
 bus rebus  
 proprie com-  
 petat.

Honor lau-  
 de est maior,  
 licet inter

ri laus vera virtuti debetur. i. de Orat. Sed felicitas cum sit summum bonum, propter se, non propter aliud expetitur.

II. Inter neutra seu media bona non potest numerari; illa enim per se nec honorem, nec laudem merentur, sed talia tantum habentur, quatenus homines vel bene vel male iis vtuntur: Sed felicitas tale est bonum, vt possessori semper proffit: vt nec in suam, nec in aliorum perniciem ea abuti felix possit: Est vere fortunatus ille (inquit Orator pro Marcello) cuius ex salute non minor pene ad omnes, quam ad illum, cui ventura sit, letitia peruenerit. Sequitur ergo, vt felicitas bonum sit, honorabile, quod hinc porro fit manifestum: I. Honor debetur rebus præstantissimis, & proprie quidem Deo: & deinde suo loco iis, quæ ad diuinam naturam proxime accedunt: & tale bonum est felicitas, optimum scilicet & quod in se complementum habet. Nam omne beatum est, cui nihil deest, & quod in suo genere expletum, atque cumulatum est, ait Cic. 5. Tusc. quest.

II. Omnia reliqua bona ad felicitatem tanquam ad finem vltimum referuntur, eiusque causa ab hominibus expetuntur. Quare cum summum sit bonum, consentaneū est, vt honor, qui summi boni est præmiū, ei tribuatur.

Ex his colligimus, honorem maius aliquid esse, quam laudem; sed apud Latinos scriptores laudem, honorem & gloriam confundi ac

pro



pro eodem accipi sæpe videmus. Vnde Plin. lib. 7. natur. histor. vt Chamæleon (inquit) non alio pascitur alimento, quam aeris, & idcirco ore est semper hiante: ita quoque aura popularis quosdam alit, neque quicquam captant, præter inanes laudes & gloriam, & 1. Off. Cic. quæ magno animo & claro, fortiter & excellenter gesta sunt, ea nescio quomodo pleno ore laudantur, & ibid. honestum (inquit) etiam si nobilitatum non sit, tamen laudabile est natura, & 2. de Finib. Honestum est, quod detracta omni utilitate, sine vllis præmiis fructibusque, possit ipsum propter se laudari.

Atque sic in genere felicitas est exposita, restant eius gradus.

## CAPUT VI.

## DE GRADIBVS FELICITATIS.

Felicitas duplex est: Actiua & contemplatiua.

## EXPLICATIO.

Nō sunt istæ duæ partes, species oppositæ, sed vnius eiusdemque felicitatis duo gradus, quibus & felicitatis definitio & quæcunque præterea de felicitate hætenus sunt dicta competunt, sed contemplationi perfectissime actioni vero in suo genere tantum.

Felicitas actiua est felicitas secundum optimam virtutem moralem.

*se confundantur.*

*Felicitatis gradus actiui & contemplatiui.*

*Quid Felicitas actiua.*

## EXPLICATIO.

In definitione felicitatis antea est explicatum, optimam virtutem non ad vnā aliquam in specie virtutem esse restringendam, sed omnes virtutes tam intellectuales, quam morales respicere, inprimis vero inter morales ad iustitiam vniuersalem, per quam non solum nobiscum, sed & cum aliis recte viuimus esse referendam. Atque felicitas, quæ hac virtute comparatur, proprie Moralis dicitur, quæ hic Actiua nominatur, quia in virtutis Moralis actione consistit: & hanc inprimis Aristoteles considerauit, vt quam in hac vita assequi & obtinere homo possit.

Contemplatiua.

Felicitas contemplatiua est felicitas, secundum optimam virtutem contemplatiuam.

## EXPLICATIO.

Hæc Felicitas perfectionem suam obtinet à mentis virtutibus, inprimisque à sapientia, quæ virtutum mentis est perfectissima, vt 10. *Ethic. cap. 6. docet Aristot.* Sed ad eam consequendam necesse est animum prius per virtutes morales purgari & præparari, vt per sapientiæ studium anima diuinis naturis coniuncta, illorum amore & desiderio abripiatur, nam per contemplatiuā felicitatem nihil aliud vult Arist. quam vt qui secundū virtutem moralem diu vixit, inque Rep. bonam o-

peram

peram nauauit, extremum senectutis con-  
templationi rerum diuinarū consecret; quod  
ille vocat *coniungi diuinis naturæ entibus*: quæ  
coniunctio non fit per loci contactum, sed  
per mentis actum, sicut de Pythagora canit  
*Ouid. 15. Metam. Isque licet cæli regione remotus:*  
*mente Deos adiit, & quæ natura negauit*  
*visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.*

Atq; hanc felicitatem contemplatiuam his  
rationibus optimam & præstantissimam esse,  
tum sui respectu, tum instituta cum felicitate  
actiua comparatione 7. & 8. cap. lib. 10. *Ethicor.*  
probat Arist. ¶ I. Contemplatiuam felicitatem  
præstantissimam esse, ita arguitur, quia  
contemplatio est in præstantissima animi par-  
te, in intellectu videlicet, qui reliquis impe-  
rat & officia præscribit. Nam *duplex est vis ani-*  
*morum, vt docet Cicer. 1. offic. vna pars in appetitu*  
*posita, altera in ratione, quæ docet & explicat, quid*  
*faciendum fugiendumque sit. Ita fit, vt ratio præsit,*  
*appetitus vero obtemperet.*

¶ II. Contemplatio absque defatigatione  
diutissime potest continuari. Est enim ani-  
morum ingeniorumque nostrorum naturale  
quoddam pabulum consideratio contem-  
platioque naturæ, docto homini & erudito  
cogitare est viuere, vt 5. *Tuscul. ait Cicer.*

III. lucundissima est contemplatio, siue re-  
spectu voluptatis sinceræ ac firmæ, quæ hu-  
ius comes est perpetua, siue rerum diuina-

rum

*Est optima  
tum respe-  
ctu,*

*1. Sui.*

*2. in intelle-  
ctu præstan-  
tissima ani-  
mi parte.*

*2. Absque  
defatigatio-  
ne diutissi-  
me conti-  
nuatur.*

*3. lucundis-  
sima.*

rum ratione habita, in quarum consideratione occupatur.

4. *Seipsa  
contenta.*

IV. Contemplatio seipsa est contenta; nec opus fere habet externis adminiculis. Hinc Philo Iudæus *lib. de Somniis*, ait, immortalitatis candidatos, id est, iam cælo inscriptos, veluti Moſen, summo concentu & voluptate raptum extra corpus & 40. diebus, at totidem noctibus cibo caruisse. Quod non ideo dico, quod putem, hominem naturalem & ethnicum ad veri illius boni contemplationem penetrare posse; attamen manere adhuc in natura corrupta qualdam primævæ integritatis scintillas, quæ sursum animum vocant ad initia sua. Ex eo colligitur, quod, ut ait *Lactant. divin. instit. lib. 1. cap. 1.* Philosophi veritatem tantopere scire cupuerunt, atque ita, ut eam rebus omnibus antepoſerent. Nam & abiectis quosdam res familiares suas, & renunciaſſe vniuersis voluptatibus constat, ut solam nudamque veritatem nudi expeditique sequerentur, tantumque apud eos veritatis nomen & auctoritas valuit, ut in ipsa boni premium esse iudicarent.

5. *Vltimum  
bonum.*

V. Contemplatio hæc vltimum est, quod ab homine expeti potest, cum ultra eam nihil dari possit, quod homo desideret.

6. *Quieta.*

VI. Contemplatio est quieta & tranquilla, ab omni molestia & labore aliena; & hoc est, quod ait *Seneo. epist. 74.* amplectendum est otium, quod inter Deos agitur, quod Deos facit.

Vnde

Vnde infertur, contemplatiuam felicitatem esse perfectissimam, si in se consideretur. Idem quoque probatur collatione facta cum felicitate actiua. I. Contemplatio in diuinis est occupata, cum actio functionibus humanis, quæ circa hominum commercia versatur, sit definita, ut quantum res diuinæ humanis, tantum contemplatio actioni sit præferenda.

II. Contemplatio aliis non indiget ad actionem suam perficiendam, cum in sola mente sit posita: Actio vero externis bonis opus habet, ut per ea virtutes suas exerat, ut in singulis virtutibus videre est.

III. Contemplatio est actionis moralis finis: nam sicut negotia suscipimus, ut in otio; & bella gerimus, ut in pace viuamus; ita laboriose politicæ virtutis praxi operam nauamus, ut in portu contemplatiuæ felicitatis, tanquam in vltima meta triumphemus.

Ex quibus omnibus hoc sequitur. I. id, quod ait Cic. libr. 2. de Finib. ut ad cursum equus, ad arandum bos, ad indagandum canis, sic homo ad duas res intelligendum scilicet & agendum, natus est, quasi immortalis Deus.

II. Colligimus contemplationem actionem esse præstantiorem, quia in contemplatione continetur Deorum, hominumque communitas & societas inter ipsos. Cic. i. de offic.

Sed dubium hic non immerito alicui suboriri potest, vel male hic assignari, duplicem

II. Tum felicitatis Actiua.

Comparatio contemplatiua & Actiua felicitatis.

Ad quid homo natus

Summum in re qua-

D

este

que est s-  
um tan-  
um:

Vterque fe-  
licitatis gra-  
dus: duplici-  
ter conside-  
ratur.

1. Separatim.

2. Coniunctim.

esse felicitatem: vel actiuam illam felicitatem proprie felicitatem non esse, nam summum in omni genere debet esse vnum: quod si duo statuuntur summa bona, non erunt æqualia alias inter se differre non possent.

Quare tenendum est, vtrumque hunc felicitatis gradum duobus modis considerari posse. I. Separatim. II. Coniunctim.

SEPARATIM, & tum vterque gradus dici potest summum bonum, quia vterque per extrema perfectione in suo genere hominem perficit. Actiua felicitas actione ex vniuersa virtute morali prodeunte, qua in ciuili conuersatione nihil præclarius excogitari potest, aut ab homine in hac vita obtineri. Contemplatiua rursus felicitas nos perficit vsu sapientiæ, quo nihil sublimius mens nostra excogitare potest. Quare ille finis erit vltimus vitæ ciuilis, hic speculatiuæ.

Si vero CONIUNCTIM considerentur vnus efficiens finem vltimū: nam ex vtriusq; vnum confurgit summum bonum, per quod singulis modis, quibus homini licet, Deo reddimur similes, & cum eo pro facultate cōnectimur.

Proponitur igitur Actiua felicitas, tanquam vltimum bonum, quod in hac vita homo potest sua industria comparare & possidere: Contemplatiua vero tanquā vltimum, quod sciri, vt præbeat quasi initium futuræ immortalitatis: cuius complementum in hac

vita

vita assequi neminem posse, ipsi Philolophi agnouerunt. Hinc est quod Cic. ait 1. Acad. quaest. Hæc est, inquit, vna omnis sapientia, non arbitrari sese scire, quod nesciat: Ob eamque rem Socrates ab Apolline omnium sapientissimus est dictus. Quod probe intellexit Pythagoras, cum titulum illum superbum nimis σοφός, sapientis, in φιλοσόφος, sapientiæ studiosi, nomen commutauit. Quo satis indicauit, ad perfectam sapientiam in hac vita neminem peruenire, vt notat Laert. in eius vita.

Atque hæc de summo bono, seu fine Ethices, sequuntur virtutes, id est, Media, ad finem illum ducentia.

## LIBER II.

DE VIRTUTE, IN PRIMIS QVÆ DE  
virtute Morali in genere.

## CAPIT I.

DE VIRTUTIS DEFINITIONE  
in genere.

**V**irtus est habitus animi, quo vir bonus efficitur ad munus suum bene ac laudabiliter obeundum.

## EXPLICATIO:

Virtutis nomē varie accipitur, I. Pro omni eo, quod rem quamlibet bene affectam reddit, vt tradit Arist. lib. 2. Eth. cap. 5. Quo sensu virtus oculi dicitur bene cernere: equi virtus

Virtutis  
significatio  
quintuplex.

2. aptum esse ad cursum, ad sessorem gestandum, &c. II. Pro corporis etiam habitu: sic vires, sanitas, pulcritudo, virtutes appellari solent.
3. III. Et proprie magis virtutes animi dicuntur, idque non vno modo: Nam & vegetativa anima sua virtutes, id est, facultates nutriendi, concoquendi & expellendi habet, & sensitiva sentiendi, & rationalis ratiocinandi: sed de nulla harum hic agitur, ut nec IV. de virtute Theologica seu spirituali, quæ peculiari Sp. S. gratia electis confertur. ¶ Sed de ea, quæ industria humana comparata animum in suo genere perficit.

4.  
5. De qua hic agitur  
& cuius duplex est

Notatio nominis,  
1. Latini.

2. Græci.  
Virtus militaris, in quibus consistat?

Dicta autem est hæc virtus à viro, si Cicero 2. Tusc. quæst. credimus: *appellata est, inquit, ex viro virtus: viri autem proprie maxime est fortitudo, cuius munera duo maxime sunt, mortis dolorisque contemptio: Utendum est igitur his, si virtutis competes, vel potius si viri volumus esse, quoniam à viris virtus nomen est mutuata.* Græci similiter ἀρετὴν, ἀπὸ τῆς ἀρεῆς, à Marte, id est, bello, quia in bello virtutis vis præcipue elucet, *Labor* (ut ait Cicero pro L. Manil.) *in negotiis, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in prouidendo.*

2.3. Plato in Cratylo. quasi ἀρετὴν, expectandam: vel per Metathesin ἐρετὴν, amabilem vel ἀπὸ τῆς ἀρεῆς, ab attollendo, quia animum ad summa eleuat & attollit. Atq; hæc de nomine virtutis aperte indicant, quæ virtus à no-

bis



bis hic definiatur, sed apertius tamen ipsa definitio, quæ ex Aristot. *libr. 2. cap. 5. Ethicor.* est petita. Vbi per

Habitus intelligitur constans animi propositum: Habitus enim cum crebris actionibus comparetur, constantiam in actionibus procreat. Sed quia & vitiorum habitus esse possunt, additur: Habitum virtutis esse viri boni, cuius & actiones & animum perficit. Hanc definitionem pulcre imitatus est Cic. 4. *Tusc. quest.* *Virtus* (inquit) *est affectio animi constans, conueniensque, laudabiles efficiens eos, in quibus est, & ipsa per se sua sponte, separata etiam utilitate laudabilis: ex ea proficiuntur honestæ voluntates, sententia, actiones, omnisque recta ratio.* Sed de hac re plura postea in definitione virtutis moralis: hæc enim definitio generalis est, tam actiuæ, quam contemplatiuæ virtuti accommodat, ita tamen, vt secundum prius ac posterius illis conueniat.

Ex hac definitione sequitur illud ab Arist. ab initio *lib. 2. Ethic.* probatum.

Nulla virtus natura nobis innascitur.

### EXPLICATIO.

De virtutibus intellectus hoc verum esse ex eo patet, quod licet ingenii acumen, docilitas, memoria, & aliæ dotes naturæ ad eas consequendas multum iuuent: tamen nobiscum nō nasci facile est ex eo videre, quod na-

*Explicatio  
definitionis  
(sc. in initio  
huius capi-  
tis posita)  
virtutis.*

*Virtutis de-  
finitio Cice-  
roniana.*

*Virtutes in-  
tellectuales  
à natura  
ortam ha-  
bent.*

Morales vsu  
& assuefa-  
tione com-  
parantur,  
quod proba-  
tur quatuor  
argumentis.

I.

tura nobis non innascuntur, sed præcepto-  
rum cognitionem doctrina insinuatam, &  
rerum vsu atque experientiam accedere o-  
porreat. Sed in moralibus virtutibus ( de qui-  
bus in primis hoc axioma ex sententia Arist.  
est intelligendum ) res est manifestior his ar-  
gumentis.

I. Quia morum habitus possunt à consue-  
tudine mutari, cum res naturales nulla assue-  
factione mutari queant. Sic ignis naturaliter  
sursum, lapis fertur deorsum, nec vlla assue-  
factione natura hæc immutari potest, vt scilicet  
vel lapis sua natura sursum, vel ignis sponte  
deorsum feratur; quare recte Ambrosius in  
*lib. de Iosepho: naturam (inquit) formare nobis non  
possumus, possumus diligentiam: & Horat. lib. I.  
Epist. ad Fuscum:*

*Naturam expellas furca licet, vsque recurret:  
Et male perumpet furtim fastigia victrix.*

II.

II. Quæ à natura nobis insunt, eorū poten-  
tiæ & instrumenta vna nobiscum nascuntur,  
& prius illa habemus, quam eorum operatio-  
nes producere valeamus, sic facultas videndi,  
audiendi, ambulandi, eorumq; instrumenta  
prius nobis adsunt, quàm ipsas functiones ex-  
ercemus: at in virtutib. contrario modo sese  
res habet. Prius enim agimus, quam facultatē  
bene agendi assequimur: siquidem per cre-  
bras actiones virtutum habitus acquiritur.

III.

III. Si à natura virtutes nobis inessent, o-

pus

pus  
con  
nat  
gat  
Ma  
nib  
(ai  
nec  
vni  
ipse  
rib  
con  
ha  
po  
ra  
pu  
tu  
pr  
co  
ru  
ni  
tu  
V

pus non esset, vt leges, ad homines in officio continendos, ferrentur: *Quicquid enim homini naturaliter insitum est, eo vti decet, & quicquid agat, agere pro viribus, vt auctor est Cicer. in Cat. Maior.* Legibus autem opus esse constat: nam nihil est tam aptum ad ius conditionemque natura (ait idem Cicer. 3. de legib.) quam lex, sine qua nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuersum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest. *Quæ nulla alia de causa à maioribus nostris sunt inuenta, nisi vt suos ciues incolumes conseruarent.*

*Legum necessitas.*

IV.

IV. Quæ natura sunt insita, eodem modo habent, nec per eadem generari ac corrumpi possunt. *Arist. lib. 2. de generat.* At virtutes morales per eadem & generantur & corrumpuntur. Nam per bonas actiones introduciuntur virtutum habitus, sicut per actiones deprauatas eadem virtutes corrumpuntur, & contrarius vitiorum habitus acquiritur. *Corruptela, inquit Cicer. 1. de legibus; mala consuetudinis, igniculi exstinguuntur à natura dati, exoriunturque, & confirmantur vitia contraria.*

*Virtus quomodo mala consuetudine deprauatur.*

## CAP. II.

### DE VIRTUTIS DIVISIONE.

Virtus est Moralis vel Intellectualis.

#### EXPLICATIO.

Sic ab Arist. lib. 1. Ethic. cap. vlt. virtus diuiditur

D 4

ditur

*Animus  
humanus  
duplex.*

*Rationalis  
qua duplex,  
& in qua  
sedem ha-  
bent virtu-  
tes intelle-  
ctuales.*

*Irrationalis,  
qua duplex.*

1.

2.  
*Et in qua  
virtutes  
morales lo-  
cum habent,  
præcipueque  
in solun-  
tate.*

ditur ratione subiecti : Est enim animus hu-  
manus subiectum, in quo virtus residet : ani-  
mus autem licet per se vnū sit quiddam, nec  
in partes proprie diuidi possit; ex variis tamen  
operationibus, quæ à diuersis facultatibus,  
seu potentiis animi proficiscuntur, diuidi so-  
let in Rationalem & Irrationalem.

Rationalis dicitur ea animi pars, in qua ra-  
tio sedem habet, quia vel res earumq; causas  
cognoscimus, quæ ἐπιστημονικὴ vocatur: vel de  
rebus agendis faciendisq; deliberamus, quæ  
λογιστικὴ dicta. Virtutes hanc partem rationa-  
lem perficientes dicuntur intellectuales διο-  
νοητικαί, quæ numero quinque ab Arist. lib. 6.  
Ethic. ponuntur *Intellectus, Sapientia, Scientia,  
Prudentia, Ars.*

Irrationalis dicitur, quæ per se rationis par-  
ticeps non est. Quæ rursus duplex est : vel  
enim nihil habet cum ratione commune &  
φυτικὴ appellatur; qua homo nutritur, auge-  
tur, & sibi simile procreat; atque huius partis  
nulla est proprie virtus. Fungitur enim mune-  
re suo præcipue in somno, vbi hominis vir-  
tus plane conticet: vel aliquo modo rationis  
fit particeps, quatenus potest ratione regi: &  
ὄρετικὴ, appetitiua dicitur, qua res, vel men-  
te, vel sensu perceptas, aut prosequimur, aut  
auerfamur. Atque in hac animi parte virtu-  
tes, quæ dicuntur morales locum habent. Sed  
hoc discrimine, quod cum appetitiua illa pars

du-

duplex fit, vna in sensu occupata, quæ proprie appetitus dicitur; altera rationi se subiiciens, voluntas dicta: in voluntate virtutes morales proprie sedem habent, non quod appetitus sensitivus à virtute penitus excludatur: in eo enim est concupiscentia & ira, sed quia virtutes non nisi initium in appetitu sensitivo capiunt, incrementum autem & perfectionem in appetitu intellectivo, seu voluntate. Quo magis hæc fiant manifesta, Axioma hoc Aristotelis 1. *Ethicor. cap. vlt.* explicemus.

Appetitus quatenus rationi obtemperat, rationis fit particeps.

E X P L I C A T I O.

Ex his duo de appetitu elici possunt, I. Appetitum per se esse rationis expertem: quod inde constat, quia rationi sæpe reluctatur, ut in continentibus & incontinentibus videre est. In iis enim licet ratio sit & ad optima hortetur: appetitus tamen ei se opponit, & instar membri paralytici in contrariam partem nititur. Hanc luctam in Medæa eleganter expressit Ouid. 2. *Metamorph.*

*Me trahit inuitam noua vis, aliudque cupido,  
Mens aliud suadet: video meliora, proboque,  
Deteriora sequor.*

II. Sed rationi obedire appetitum: Huius rei. I. Exemplo sunt continentes & tempe-

*Appetitus  
animi po-  
tentia du-  
plex: Appe-  
ritus & vo-  
luntas.*

*Appetitus  
per se ratio-  
nis est ex-  
pers.*

*Appetitus  
obedit*

rationi pro-  
pter duas  
causas.

I.

antes, in quibus tantum aliquando valet ratio, ut & appetitum exsuperet, & in contrarium hortantibus se opponat ac resistat. Egregium huius exstat apud Q. Curtium de Alexandro Magno exemplum. Cum enim quidam eum hortarentur, ut Darii filias & uxorem forma præstantes spectaret: abnuit: turpe futurum dicens, eos: qui viros vicissent, à mulieribus vinci.

II.

II. Nisi appetitus rationi subderetur, eamque monentem audiret, admonitionibus fleæti non posset: Videmus autem & appetitum languentem exhortationibus excitari, & corruptum obiurgationibus ad meliorem frugem reuocari. Vnde August. non male correctionem sic definiuit: *Correctio* (inquit) *est errorem innatum, vel consuetudine factum freno rationis cohibere.* Et sane frustra admonitio institueretur, si vitia emendatione non admitterent. Quare Senec. de clementia ad Neronem sic ait: *In iudicando seu corrigendo hæc lex secunda est, quã princeps quoque sequi debet, ut aut eum, quem punit emendat, aut poena eius ceteros meliores reddat, aut sublatis malis securiores ceteri viuant.* Exhortationis vim ita depinxit Virgil. i. *Æneid.*

*Ac veluti magno in populo cum saepe coorta est*

*Seditio, sauitque animis ignobile vulgus:*

*Iamq; faces & saxa volant: furor arma ministrat.*

*Tum pietate grauem, ac meritis si forte virum, quem*

*Conspexere, silent, arrectisque auribus adstant:*

*Ille regit dictis animos & pectora mulcet.*

*Correctio  
quid?*

Sed

Sed prætereundum non est, quomodo appetitus fiat rationis particeps. Non enim ut Mathematicus conclusiones suas intelligit, quarum etiam rationes & causas tenet, sed veluti discipulus præceptoris, aut filius patris dicto obtemperat, ubi pro arbitrio pater imperat, quod rectum est filius obsequitur, licet causam non intelligat, cur ita pater præcipiat: sic ratio absolute, quod rectum est mandat, appetitus, etsi causam non teneat, cur ita mens dictitet, obsequitur tamen, & tanquam honestum amplectitur. Vnde scire licet, appetitum per se brutum esse, nec alio modo rationis participem dici, nisi quatenus rationis dictamen sequitur, quod totidem fere verbis apud Cicer. 2. Tuscul. quæst. exstat, *Domina omnium & regina est ratio, quæ progressa longius, sit perfecta virtus, hæc ut imperet, illi parti animi, quæ obedire debet, id videndum est viro. Quoniam modo, inquires? velut seruo Dominus: velut imperator militi, velut parens filio.* Quod & Persius Satyr. V, ita cecinit,

*Stat contra ratio, & secretam gannit in aurem,  
Ne liceat facere id, quod quis vitabit agendo.*

Ex quibus omnibus hoc liquet: Appetitum rationi obtemperare, & in ratione virtutes Intellectuales, in appetitu Morales sedem habere.

*Appetitus  
quomodo  
fiat rationis  
particeps.*

## CAP. III.

QVID VIRTUS MORALIS, ET  
quotuplex.

Ratio, cur  
virtus Co-  
luntatis Mo-  
ralis dica-  
tur.

**V**irtus moralis est virtus, quæ in ho-  
minum societate mores instruit.

## EXPLICATIO.

Moralis autem vocatur ab Aristot. 1. *Ethic.* cap. vi. 2. *Ethic.* cap. 1. 2. 3. 1. *Magnor. Moral.* cap. 24. multisque aliis in locis: & quidem 2. *Eth.* t. 1. ratio redditur, cur non tantum hæc virtus ita dicatur, sed etiam tota hæc doctrina inde nomen accipiat, vt moralis dicatur, sicut *Cicer. de fato. quia pertinet* (inquit) *ad mores, quod hos illi vocant. nos eam partem Philosophiæ de moribus appellare solemus, sed decet augentem linguam latinam, nominare Moralem.*

Diuisio vir-  
tutis Mora-  
lis & eius  
ratio.

Virtus Moralis est Perfecta vel Imperfecta.

## EXPLICATIO.

Hæc diuisio elicitur manifeste, ex 1. c. lib. 7. *Eth.* vbi Continentia & Tolerantia dicuntur imperfecti habitus, quia in iis pugna cernitur inter rationem & appetitum, vbi aliquando ratio vincit, aliquando ab appetitu vincitur: at in perfectis virtutibus nulla est inter rationem & appetitum pugna, sed vel ratio plane & plene dominatur.

Virtus



Virtus moralis perfecta, est habitus electivus in mediocritate consistens, quoad nos, ratione definita, sicut vir prudens eam definiret.

Ita definit virtutem hanc *Arist lib. Ethic. 2. c. 6. & 1. Mag. moral. c. 24.* Licet autem ante in definitione virtutis generali, quid per habitum intelligatur, sit expositum, tamē alicui fuerit vsui, cum reliqua definitione in genus hoc exactus inquirere. Virtutem moralem esse habitum ita arguitur: Cum constet virtutem hanc esse animi qualitatem, necesse est, ut sit vel potentia, vel affectus, vel habitus: hæc enim sunt tria humanarum actionum in animo principia. At virtus nec est potentia, nec affectus; quare relinquitur, ut sit habitus.

Virtutem autem non esse potentiam, his argumentis euincitur. I. Propter potentias nec boni, nec mali dicimur. Est enim potentia sola naturæ aptitudo, qua ad aliquid agendum idonei sumus. A virtute autem boni dicimur.

II. A potentia seu facultate naturali, nec laudamur proprie, nec vituperamur. Cum enim à natura potentia hominibus insint, nihil inde vel laudis, vel vituperii nobis adscribi debet, ut quæ nec cura nostra, nec incuria obueniunt. *Quid stultius est, inquit Seneca. epist. 41. quam in homine aliena laudare? quid eo dementius, qui ea miratur, quæ ad alium transferri*

Definitio.

Definitionis explicatio & probatio.

I.

Virtutem moralem habitum esse. & Animi qualitates tres, Potentia, Affectus, Habitus.

II.

Non potentiam, idque trib. argumentis.

I.

2.

proti-

protinus possunt? nemo gloriari, nisi de suo debet. At propter virtutem iure laudamur, & in virtute recte gloriamur, ait Cic. 3. de nat. Deor. Et 2. offic. Eos viros nos suspicimus, maximisque efferimus laudibus, in quibus existimamus nos excellentes quasdam & singulares virtutes perspicere: despiciamus autem eos, in quibus nihil virtutis, nihil neruorum putamus. Quamobrem contemnuntur ii, qui nec sibi, nec alteri profunt, vt dicitur: in quibus nullus labor, nulla industria, nulla cura est, admiratione autem quadam afficiuntur, qui anteire ceteros virtute putantur.

3.

III. Potentiæ, seu facultates natura nobis insunt: at virtutes non natura insunt, sed industria & assuefactione comparantur, sicut antea est probatum. Ex quibus efficitur, virtutes per potentiam seu facultatem naturalem definiti non posse.

Idem de affectibus sentiendum, à quibus nec boni nec mali dicimur, nec laude, nec vituperio digni iudicamur.

Præterea affectus sunt repentini, ac sine deliberatione motus, sicut eos definit Seneca. epistol. 16. Affectus sunt motus animi subiti & concitati, qui frequentes neglectique faciunt morbum: sicut distillatio, nec adhuc in morem adducta tussim facit, assidua & vetus Phthisin. At virtutes non sine deliberatione suscipiuntur, quia reatricem habent prudentiam, cuius proprium est examinare consilia & non cito facili credulitate ad falsa prolabi: de dubiis non definire,

III.  
Nec affectus, idque quatuor argumentis, 1. & 2. conueniunt cum precedentibus duobus de potentia allatis.

3.  
Prudentia proprium.

sed

sed su  
de vi  
A  
bati  
à vir  
vt ac  
simu  
nec  
ctus  
bitu  
Eth  
con  
unt,  
natu  
rati

sit e  
elec  
nim  
tis l  
in m  
n.e  
one  
sed  
re e  
al  
qu  
rat

*sed suspensam tenere sententiam, ut ait Senec. libr. 4. de virtut.*

Adhæc ab effectib. commoueri & perturbari dicimur, vnde & passiones dicuntur: At à virtute non cōmoueri, sed disponi dicimur, ut ad actiones apte & cū decore instituendas, simus idonei. Ex quibus inferitur, cum virtus nec per potentias, seu facultates, nec per affectus, seu perturbationes definiri queat, ut habitus constituat eius genus. Quod & lib. 6. Eth. c. 16. à communi omnium consensu Arist. confirmat: Omnes (inquit) qui virtutem definiunt, cum habitum eam esse dixerunt, & in quib. cernatur, tum habitum eum esse adiungunt, qui recte rationi sit consentaneus.

Genus igitur virtutis est habitus.

Differentia duplex est. 1. quod hic habitus sit electiuus. 2. in mediocritate positus. Voce electionis indicatur, virtutem esse habitū animi, non corporis, cū nulla electio in corporis habitib. locum habeat. 2. in appetitu, non in rationali animi parte residere: proprium n. est appetitus seu voluntatis ex plurib. à ratione oblati vnum eligere: ratio aut non eligit, sed eligendum vel fugiendū proponit: quare electio hæc virtutes morales ab intellectualibus distinguit, omnesq; actiones excludit, quæ temere, fortuito, non antegressa deliberatione, aut inuite, cogente necessitate fiunt.

II. Dicitur habitus in mediocritate; Qua

VIRTUS

4.

virtus à vitio discernitur: vitium enim non in mediocritate, sed vel in defectu, vel in excessu cernitur:

*At virtus est medium vitiorum vtrinquè redactum.*

*Virtutem esse sitam in mediocritate probatur.*

1.

Est ergo virtus medium inter duo vitia: quod hinc fit manifestum. I. Si in artibus hoc obtinet, ut illud opus perfectum dicatur, quod nec in eo, quod nimium, nec in eo, quod parum est, peccat, sed in mediocritate positum est, multo magis in virtutibus, earumque actionibus hoc conferri debet, cum virtutum actiones artificum actionibus longe sint preferendæ. In artibus autem hoc fit. Nam in pictura, hoc demum perfectum opus dicitur, in quo nec lineamenta alia, nec aliter, nec pauciora sunt adhibita, quam debent.

2.

II. Si affectus & actiones ideo improbantur, quia à medio recedunt ad alterutrum extremorum, & vel plus vel minus iis adest, quàm adesse oportebat, merito virtutis actiones in eo sunt laudandæ, quod mediocritatem seruent, & virtus erit dicenda, quæ in hac consistat. Quod i. Offic. adfert Cic. pro exemplo ponatur: *Prohibenda autem maxime est ira in puniendo: nunquam enim iratus, qui accedet ad pœnam, mediocritatem illam tenebit: quæ est inter nimium & parum, quæ placet Peripateticis, & recte placet.* Et paulo post: *Illam vero omnibus in rebus moranda est, optandumque, ut ii, qui præsumunt Reipub. legum similes sint, quæ ad puniendum non iracundia, sed æ-*

*quità-*

quità  
vita &  
trate.

Il  
sita, si  
num  
tutes  
dum  
pecca  
nicu  
est for  
Mag.  
vero n  
oizad

Se  
vniu  
dium  
nitio  
finita

1.  
num  
rum

M  
que  
us di  
vtro  
tern  
tern  
omr  
Perf

quitate ducuntur, præclaraque est equalitas in omni  
vita & idem semper vultus, eademque frons, vt de So-  
crate, idemque de Gaio Lælio accepimus.

III. Si virtus in defectu aut excessu esset po-  
sita, sicut vnius rei plura sunt extrema, & v-  
num medium, ita vnius rei plures essent vir-  
tutes, vnum vitium; sed hoc adfirmare admo-  
dum esset absurdum, cum omnes fateantur,  
peccandi modos esse plures, recte faciendi v-  
nicum tantum. Vnde Plato 4. de Rep. ait: Vna  
est forma virtutis, infinita vero vitii, & Aristot. 1.  
Mag. Moral cap. 24. Bonum est simplex, malum  
vero multiplex, τὸ μετὰ γὰρ κακὸν πολυειδές, τὸ δὲ  
ἀγαθὸν μονοειδές.

Sed quia mediocritas, seu medium non est  
vniusmodi, propterea quale debeat hoc me-  
dium esse, duabus postremis particulis defi-  
nitionis indicatur. 1. quoad nos, 2. ratione de-  
finita viri prudentis.

I. Particula duplex medium subindicat, v-  
num Rei, quod Arithmeticum vocatur: alte-  
rum Personæ, quod Geometricum dicitur.

Mediū Rei est, quod æque distat ab vtro-  
que extremo, sic nouenarius numerus medi-  
us dicitur inter 7. & 12. quia trib. vnitatib. ab  
vtrōq; distat: superat eum senarium numeri ū  
ternario, & à duodenario superatur rursus  
ternario. Et tale medium semper idem apud  
omnes manet sine vlla variatione. II. Mediū  
Personæ, seu Geometricū est in quo seruatur

3.

Ἐν μετὰ εἰ-  
δος τῆς ἀρε-  
τῆς, ἀπὸ τοῦ  
δὲ τὸ κακί-  
ας.

Medium  
duplex

1. Rei, id est,  
Arithmeti-  
cum.

2. Personæ  
id est Geo-  
metricum.

E

eadem

eadem ratio maioris termini ad medium & medii ad extremum. Sic sex medium est inter quatuor & nouem, sicut n. senarius numerus est quaternarii proportio sesqui altera: sic nouenarius est senarii sesqui altera, i. e. Sicut senarius continet quaternarium in se semel integre, & adhuc eiusdem quaternarii dimidiū: sic nouenarius continet senarium semel eiusdemq; senarii dimidium ternarium sc. & hoc illud est medium, quod à virtute seruatur, & medium quoad nos dicitur, quia ad eius inuentionem considerandæ sunt non tantum actiones in genere, sed et conditiones & circumstantiæ actionū singularum, vt personæ loci, temporis. Quare hoc medium absolute medium dici nō potest, cum pro ratione circumstantiarum varietur, nec absolute à ciuili potest definiri: est enim instar regulæ, quæ flecti & proinde variis reb. accommodari potest, quod non ita est accipiendū, quasi virtutis essentia sit mutabilis. Est enim habitus ac propterea cōstans & inuariabilis, sed respectu existendi modi variabilis dicitur, quia modus agendi secundum hunc habitum sæpe variatur: ita tamē, vt à recta ratione nunquam recedatur, quod vltima particula significatur, definita ratione, vt vir prudens eam definiret. Cum enim pro circumstantiarū ratione virtus actiones suas variet, ne temere hoc fieri videatur, neue à recto aberrare in eo putetur,

actio

actio  
non à  
rectu  
tur ra  
rursus  
deran

Ha  
quæd

I. V.

crit

Arij

Du

in se &

modu

stanti

in eo,

est, pe

Ve

tremi

Nam

perfic

dici p

locu

ita ex

& qua

titatis

sum &

II. M

te

actio tota ad rectam rationē est exigenda: sed non à quouis, verū à viro prudente, qui inter rectum & prauū discernere nouit. Recta igitur ratio mediocritatis est regula, & huius rursus vltimus finis, quo ratio semper in moderandis actionibus respicit, est ipsa felicitas.

Hæc vt magis sint perspicua, Axiomata quædam Aristotelis explicanda subiiciemus.

I. Virtus respectu essentiæ est mediocritas, respectu qualitatis extremitas.  
*Arist. lib. 2. cap. 6. Ethic.*

Duplici ergo ratione virtus cōsideratur, vel in se & natura sua, quatenus perturbationibus modum & mediū præscribit, & pro circumstantiarū ratione ita actiones instituit, vt nec in eo, quod nimium, nec in eo, quod parum est, peccet, quo sensu mediocritas dicitur.

Vel respectu perfectionis, qua ratione extremitas recte à Pythagoricis nominatur: Nam non tantum hominem, eiusq; actiones perficit, qua consideratione extremitas recte dici posset, sed etiam inter bona supremum locum obtinet, quod Plut. in lib. de virt. mor. ita expressit. *Virtus (inquit) respectu facultatis, & qualitatis, est extremitas: respectu vero quantitatis (id est essentiæ) mediocritas, & excessum & defectum tollens.*

II. Maior est duorum extremorum inter se, quam cum medio pugna.

Virtus consideratur dupliciter  
1. In se, diciturque mediocritas.

2. Respectu perfectionis, diciturque extremitas.  
ἢ ἀρετὴ αἰ  
κροτῆς μὲν  
ἴσῃ τῆ δυνάμει  
καὶ τῆ ποιότητι.  
τὸ πῶς δὲ μέσότης γίνε-  
ται τὸ ὑπὲρ

καλλον ἐξ αἰ  
 ρισα καὶ τὸ  
 ἔλλειπον.  
 Virtutes vi-  
 tiis & vitia  
 sibi inuicem  
 opponun-  
 tur.

Quomodo  
 virtus vitiis  
 opponatur,  
 & quod  
 virtuti cum  
 vitiis minor  
 sit pugna,  
 quam vi-  
 tiorum in-  
 ter se.

Nomine medii virtutem, per extrema vitia intelligi notum est. Ex hoc autem Axiomate quod 2. Eth. cap. 8. habet Arist. duo colligimus. 1. virtutem vitiis, & vitia sibi inuicem opponi. 2. quomodo opponantur.

I. Virtutem vitiis opponi ex eo liquet, quod sicut æquale cum re minore comparatum, est maius, & cum maiore cōparatum, est minus. Senarius enim numerus ternario est maior, sed nouenarius minor. Ita medium, i. e. virtus: si cum eo extremo quod in defectu cernitur, cōparetur, superat: Si vero cū altero, quod in excessu est, conferatur, superatur. Sic liberalis respectu auari, est prodigus, respectu vero prodigi auarus. Sic & vitia inter se atq; acrius quidem pugnant, vt ex collatione apparebit.

II. Quod præcipuum est, videndum, quomodo virtus vtriq; extremo, & extrema sibi mutuo opponantur. I. Virtuti cum vitiis minor est pugna, quam vitiorum inter se, cuius ratio hæc ab Aristotele redditur, quia virtus cum vtroq; extremorum aliquam habet affinitatem, sed cum vno maiorem, cum altero minorem: interdum enim virtus excessui est similior: sic fortitudo audaciam magis refert quam timiditatem; interdum virtus ad defectum magis videtur propendere. Sic mansuetudo magis ad lenitatem, quæ est in defectu, quam ad iracundiam, quæ est in excessu, accedere videtur. Vnde Cic. parad. 3. Prudentiam

mali-

malitia  
 audacia  
 & iusti-  
 lenitate  
 tas. Ex  
 quo m  
 litudin  
 quod

Fall

Cum

Har

modi v

nobis

sumus

Vitia n

excusar

oppon

cum al

nitater

maior

I. Q

medio

dat: Si

ab æqu

II. M

tudo, s

autem

dissim

quam

Ver



malitia, & liberalitatem effusio, & fortitudinem audacia imitatur, & patientiam durities immanis, & iustitiam acerbitas, & religionem superstitio, & lenitatem mollitia animi, & verecundiam timiditas. Ex quo hoc obseruandum sequitur, vt quo maiorem vitia habent cum virtute similitudinem, eo magis illa obseruemus, ne, quod ait Satyr. 4. Iuuenal.

*Fallat nos vitium specie virtutis & vmbra,  
Cum sit triste habitu, vultuque & veste seuerum.*

Hanc autem tradit notam Arist. qua huiusmodi vitia obseruemus, & à quibus inprimis nobis caueamus, ea scilic. sunt, in quæ natura sumus proniores. Nam, vt ait Senec. Epist. 117. *Vitia nostra que amamus, defendimus: & malumus excusare illa, quam excutere.* Hoc igitur modo opponitur medium seu virtus extremis, vt cum altero maiorem, quam cum altero affinitatem habeat. At inter duo extrema longe maior est pugna.

I. Quia longius à se mutuo distant, quam à medio, cum medium inter extrema intercedat: Sic parum longius distat à nimio, quam ab æquali.

II. Maior etiam est inter extrema dissimilitudo, sunt enim species oppositæ: cum virtute autem solummodo disparantur, vt, maior est, dissimilitudo inter timidum & audacem, quam inter audacem & fortem.

Verum hæc dextre sunt intelligenda, ne

*Vitiorum  
inter se pu-  
gna quomo-  
do sit maior,  
quam vir-  
tutum cum  
illis.*

*Obiectio.*

absurdum pariant. Nam cum virtus à vitio, & genere & specie differat: vitia vero, seu duo illa extrema, specie tantum, non item genere sint diuersa, maior inter virtutem & vitia, quam vitiorum inter se pugna esse videretur. Duplex ergo pugna hic obseruanda est. Virtus enim vitiis opponitur, cum iisque pugnat, vel absolute, quatenus virtus res per se bona vitium in genere malorum accensetur. Atq; ita medium & extrema magis differunt, quàm extrema inter se. Vel comparate, conferendo similitudinem vel dissimilitudinem vtriusque inter se; quo pacto maior inuenitur similitudo mediæ cum extremis, quam extremorum inter se, & propterea etiam pugna extremorū maior dicitur inter se, quam cum medio. Sic prodigalitas minorem habet cum auaritia cognationem, quam cum liberalitate, ideoq; maior pugna censetur ea, quæ est inter auaritiam & prodigalitatē, quam prodigalitatē cum liberalitate. Nam sicut liberalitas in erogando, sic & prodigalitas est occupata, auaritia vero in retinendo & acquirendo.

III. Mediū inuenire est difficile, quare vt illud inueniatur recedēdū est ab eo extremo, quod ei maxime est contrarium: reluctandum iis vitiis, in quæ natura sumus proniores, nihilq; voluptatis gratia faciendum.

Sum-

*Resp.*  
Duplex vir-  
tutum cum  
vitiis pu-  
gna, Abso-  
luta

&  
Compara-  
ta.

Duo huius  
Axiomatis  
membra.

Su-  
mate  
inue-  
ratio-

Ac-  
ueni-  
dare  
modi  
poris  
est, id  
ræ pe-  
citan-

inuit  
multa  
plausi-  
ponit  
epist.

tis au-  
tria  
viti-  
crita-

I-  
viti-  
adq-  
dū. S-  
red-

vt i-  
lan-

Summam vltimi capituli *lib. 2. Eth.* hoc axioma sumus complexi. I. Mediocritatem esse inuentu difficilem. II. Tres esse præcipuas rationes ad eam perueniendi.

Ad I. quod attinet, medium difficulter inueniri experientia ipsa testis est locuples. Nã dare pecuniam cuiuslibet est, sed in dando modum seruare, vt personæ, mensuræ, temporis, causæ & modi ratio teneatur, difficile est, idque non ob causam vnam. Nam & naturæ peruersitas exstimulat, perturbationes incitant, & ipsa vitia blandimentis suis subdole inuitant. *Auaritia pecuniam promittit, luxuria multas ac varias voluptates: ambitio purpuram & plausum, & ex hoc potentiam & quicquid potentia ponit (id est ab ea proficisci potest) vt recte Sen. epist. 19. Ne autem virtutis studiosus, & felicitatis auidus, virtutis difficultate absterreatur, tria hæc antidota sunt tenenda, quib. contra vitiorum venena munitus, ad auream mediocritatem, virtutem ipsam, perueniat.*

I. Cauendum imprimis est ab eo extremo seu vitio, quod minus habet cum virtute affinitatis, adq; illud, quod virtuti est similius, inclinandum. Sicut Calypso Nympha Vlyssi, in patriam redituro suasisse narrat Homerus. *Odyss. 12.*

*Tu procul à fumo atq; vndis probibere carinam*

*Sis memor:*

vt inter duos periculosissimos scopulos, Scyllam & Charybdin, in mari Siculo nauigatu-

1. Ostendit, quod Mediocritas seu Virtus inuentu difficilis sit. Irritamenta vitiorum qua?

2. tradit præcepta tria, vitandi vitia & perueniendi ad virtutem. 1. Ἐμπὴ καπνῆ καὶ κύματος ἕκτος ἐργασθῆαι.

rus à Charybdi tanquam periculosiore scopulo sibi caueret.

*Questio an  
magis ex-  
cessus, quam  
defectus vi-  
tandus?*

Sed quaeritur, sitne ab excessu, an à defectu magis cauendum? Hic nihil definite potest statui. Nam in quibusdam defectus virtuti est similior, & propterea ab excessu magis est temperandum: In aliis vero excessus ad virtutis naturam propius accedit. Suadent tamen, vt plurimum, excessum magis, quam defectum esse vitandum, quod excessus amplius nocere, & minus corrigi possit. Vnde Cic. de Orat. *Suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium, quam parum.*

II.

II. Altera ratio medium inueniendi est, vt ab iis vitiis, in quæ sumus natura procliuiiores, abstinemus, & in contrarium nitamur: vt, qui timidus est, audaciam sibi proponat sequendam, ita fiet, vt paulatim ad fortitudinem perueniat, cum ab vno extremo ad alterum non nisi per medium fiat progressus: sicut qui ligna distorta conantur recta efficere, in contrarium flectunt: vnde fit, vt rectitudinem induant. Ita tamen in contrarium nitendum est, ne in vitia aduersa incidamus, vt illud in nos competat, quod habet Lyr. lib. 1. Ser. 2.

III.

*Dum vitant stulti, vitia, in contraria currunt.*

III. Denique Mediocritatem inueniendi ratio hæc est: *Commonenda est voluptas* (inquit, de finib. 2. Cic.) *non solum vt recta sequamur, sed etiam, vt loqui deceat frugaliter: Nam (vt idem in*

Lælio

Lælio  
uinum  
abiecerit  
Exem-  
tum,  
Helen  
totum  
Idem  
in quer  
dam v  
gunt, q  
possunt  
vt illis  
Serui  
sua, qu  
A  
sequi

C  
ta

Q  
3. lib.  
Sunt  
magi  
prox  
c. 1. 2

Laelio refert) nihil altum, nihil magnificum ac diuinum suscipere possunt, qui omnes suas cogitationes abiecerunt in rem tam humilem, tanq̄ contemptam. Exemp<sup>l</sup>um habet Arist. ex 3. Iliad. Homeri peti- tum, vbi Troiani proceres Priamo suadent, Helenam Græcis potius restituendam, quam totum regnum in periculum adducendum. Idem Sen. epist. 18. his verbis inculcat, quis hostis in quemquam tam cōtumeliosus fuit, quam in quos- dam voluptates sua? quidam se voluptatibus immer- gunt, quibus in consuetudinem abductis, carere non possunt. Ob hoc miserissimi sunt, quod eo peruenerunt, vt illis, quæ superuacua fuerant, facta sint necessaria. Seruiunt itaq̄ voluptatibus, non fruuntur: & mala sua, quod malorum vltimum est, amant.

Atque hætenus de causa formali virtutis, sequitur eius causa efficiens.

## CAP. IV.

## DE ACTIONE MORALI.

**C**AUSA efficiens virtutis sunt crebre  
actiones mediocritati conforma-  
tæ.

## EXPLICATIO.

Quæ de causa efficiente Felicitatis antea c. 3. lib. superioris dicta sunt, eadē huc spectant: Sunt enim virtutis causæ, & propinquæ etiam magis. Hic autem causam efficientem virtutis proximam indagamus, quam Arist. lib. 2. Eth. c. 1. 2. 3. multisq̄ aliis in locis, in Actionib. con-

*Virtutis  
causa effici-  
ens proxi-  
ma.*

E S stituit,

stituit, iisq; crebris & iteratis. Nam sicut vna hirundo non facit ver: ita vna, aut pauca actiones habitum virtutis non generant, sed veluti saepius canendo Musici, numerando Arithmetici, disputando Dialectici: ita frequenter iterando honestas actiones virtutum consequimur habitum. Sed nec quavis actio, nec crebrae et actiones virtutem simpliciter producant. Nam & vitia crebris actionibus acquiruntur: Verum oportet eas actiones mediocritate mensurari, quod his argumentis probatur.

*A contrario.*

I. Quae a mediocritate ad alterutrum extremorum deficiunt, nihil habent laudabile, & propterea, ut virtutibus aduersae, ad virtutis habitum consequendum, non faciunt.

*A simili.*

II. Sicut nimo labore corporis vires laeduntur & nimo otio laeguescunt: & sicut sanitas moderato cibo conseruatur, nimo vel nullo corrumpitur: ita virtutis habitus mediocritate temperatis actionibus acquiritur, nimis v. destruitur.

Actiones habitum virtutis praecedentes ab actionibus eundem habitum sequentibus differunt.

Actiones, quae habitum virtutis praecedunt, nuda mediocritate constant.

Actiones, quae habitum virtutis sequuntur, a sciente, consulto, virtutis amore, firmo animi proposito cum voluptate suscipiuntur.

EX

Dis  
nes ha  
seque  
tate, s  
res sc  
porro  
pit A  
enim  
non s  
habit  
qui re  
terit  
taco  
praes  
praed  
nes i  
virtu  
tae co  
fificis  
prud  
in qu  
rime  
denti  
Cic. I  
II  
fortu  
Sen.  
qua  
Nibi

## EXPLICATIO.

Discrimen obseruandum est inter actiones habitum præcedentes, eundemque subsequentes: nam utræque constant mediocritate, sed priores sola mediocritate: posteriores scientiam, voluntatem & constantiam porro habent. Quare distinguendum præcipit Aristot. inter iusta & iuste agentem. Iusta enim agere quispiam potest, qui reuera iustus non sit: iuste autem agere, nisi qui iustitiæ habitu sit præditus, nemo potest: sicut non qui recta loquitur, Grammaticus dicitur: Poterit enim id fortuito accidere, veluti in Pfit-taco videmus: sed qui ex artis Grammaticæ præscripto loquitur: Sic is demum virtute præditus intelligitur, qui recta ratione actiones instituit. Vt igitur intelligatur, an actio à virtutis habitu gubernetur, hæc quinque notæ concurrere debent. I. Vt actiones eæ proficiantur ab animo sciente. Debet enim is prudens esse: *Sed vt quisq; maxime perspicit, quid in quaque re verissimum, quique acutissime & celerissime potest & videre & explicare rationem, is prudentissimus & sapientissimus rite haberi solet, inquit Cic. 1. Offic.*

II. Debent consulto actiones suscipi, non fortuito aut temere. *Si prudens esse cupis, inquit Sen. lib. 4. de virt. in futura prospectum intende, & quæ possunt contingere, animo tuo cuncta propone. Nihil tibi subitum sit, sed totum ante prospicias. Nā*

qui

*Discrimen  
inter agere  
iusta &  
iuste.*

*Quinque  
notæ actio-  
nis ab habi-  
tu virtutis  
profectæ.  
1. à sciente  
proficiscit-  
ur.*

*2. consulto.*

qui prouidens est, non dicit, non putauit hoc fieri quia non dubitat, sed expectat, non suspicatur, sed cauet.

3. virtutis amore.

III. Ut virtutis amore agens moueatur: debet sc. omnis affectio & simulatio abesse: Nā sunt qui cum populi non solum commoda, verum etiam salutem oppugnent, & impediunt, oratione assequi volūt, vt populares esse videantur: vt Gaius, Gracchus, cum largitiones maximas fecisset & effudisset aerariū, verbis defendebat aerarium. Tusc. 3. Tales igitur, qui vel suo emolumento, vel aliorum impulsu simulate agunt, licet virtutis speciem præ se ferant, verā tamē virtutem non habent.

4. constanter.

IV. Cōstans debet esse actio, vt non semel aut iterum ita fiat, sed perpetuo & æquabili tenore talis actio continuetur, vnde Socr. dicere solitum refert Stob. ser. 1. vt statuam in sua basi, ita virtutis studiosum firmo proposito nixum immotum esse debere.

5. cum voluptate animi.

V. Deniq; voluptas seu animi iucunditas, actionem comitari debet. Atq; hæc non solū nota est, qua alii de actione cōiicere possunt, sed etiam vnde ipse, qui agit, colligere & statuere queat, se virtutis habitum esse consecutum: Si enim cum molestia agit, vt inquit Philolophus, si nondum potest de habitu polliceri, si vero iucunde actio procedat, certum est ex habitu eam proficisci.

#### CAP. V.

DE ACTIONIBVS VOLUNTARIIS.  
Actio vel est voluntaria, vel inuita.

EX



## E X P L I C A T I O.

Actiones humanæ hic proprie intelliguntur. Hominibus enim proprie voluntas inest. Nam rerum vel animatarum tantum, vel inanimatarum actiones considerare Ethici non est, quia non affectiones corporum naturalium, sed principia virtutum moralium sibi considerata proponit. Sunt quidem plura principia actionum, sed quæ ad ista facile reuocantur. Siquidem sensus externus, appetitus, affectus, & huiusmodi alia ad voluntatem referuntur.

Actio voluntaria est, cuius principium est in ipso agente, singulas actionis circumstantias, sciente.

## E X P L I C A T I O.

Ἐκείνου vocat Arist. lib. 3 Eth. c. 1. quod quidam spontaneum interpretantur, sed minus commode, cum & reb. inanimis, & brutis spontaneæ actiones tribuantur, vnde illud Virgilii Eclo. 3. *Sponte sua sandix pascentes vestiet agnos.*

Voluntariæ autem iis tribui non possunt, vt ex definitione hac fit manifestum, vbi ad actionem voluntariam requiritur, l. vt principium sit in agente, quod cum fit, cum omnis externa vis abest, & voluntas rationi bonum monstrandi per se acquiescit.

II Debet agens actionis circumstantias cognitatas habere. Hoc secundum illud est, quod .*Offi. in omni actione suscipienda tenendum*

præci-

præcipit. Cicer. vt animaduertatur, quanta illa res sit, quam efficere velimus, ne maior neue minor cura, & opera suscipiatur, quam causa postulat. Paulo post sic definitur à Stoicis, vt modestia sit scientia earum verum, quæ aguntur aut dicuntur loco suo collocandarum.

*Actionis  
voluntaria  
requisita  
tria.*

*Discrimen  
inter volū-  
tatem,*

*Electiōnem  
& consul-  
tationem.*

In voluntaria actione requiruntur voluntas, consultatio & electio.

### E X P L I C A T I O.

Magnam hæc habent inter se cognationem, voluntas præsertim & electio, quia quæcunque eligimus, ea etiam volumus. Differunt tamē inter se, vt etiam ab appetitu. Nam Appetitus bestiis etiam competit, nec vnquã vnus appetitus alteri circa eandem rem versanti obluetatur, ea tantū spectans, quæ sensibus sunt iucunda, aut molesta: electio vero cum ratione & consilio semper cōiuncta appetitui, circa eandem rem, eodem tempore versanti aduersatur, honesta & vtilia, eorumq; contraria sibi proponens. Quare continens dum prauis affectibus resistit: certa ratione & consilio ἐκ προαιρέσεως, i. e. ex deliberatione, vel electione dicitur agere. Incontinens vero cupiditatibus indulgens, contra rationem & deliberationem facere perhibetur. Similiter à voluntate differt electio, quandoquidem I. Electio est tantum eorū, quæ fieri possunt, quoniam alia sub deliberationem non cadūt,

II. Eo-

II. E  
bis fie  
Volu  
non p  
lium  
tis. A  
ter an  
scet n  
gibus  
necess  
stabili  
quala  
tis apt  
Volu  
dia a  
Volu  
ap

D  
iectu  
O  
tum  
eode  
Nam  
bon  
iudi  
bon  
τὰ κα  
δικαι

II. Eorum est, quæ ad nos pertinent, & à nobis fieri. III. In mediis proprie est occupata. Voluntas autem I. est eorum etiam, quæ fieri non possunt, quale est illud Euandri senis, filium Pallantem in subsidium Æneæ mittentis. *Æneid. 88. O mihi præteritos referat si Iuppiter annos.* II. Voluntas alienis etiam se immiscet negociis, quare de Magistratu lib. 1. de legibus sic loquitur Cic. est ei, cui Resp. commissa est, necessaria oratio & sapientia, qua regat populos, qua stabiliat II. qua castiget improbos, qua tueatur bonos, qua laudet claros viros, qua præcepta laudis & salutis apte ad persuadendum edat suis civibus, &c. III. Voluntas finem præcipue respicit, non media ad finem.

Voluntas est appetitio veri boni vel apparentis cum ratione.

#### EXPLICATIO.

Duo hic præcipue consideranda sunt: Obiectum & Norma voluntatis.

Obiectum voluntatis est bonum, idque tum verum bonum, tum apparens, sed non eodem prorsus modo, iisdemque agentibus. Nam viri boni voluntas obiectum habet verum bonum; is enim secundum rectam rationem iudicat: viri autem mali voluntas apparens bonum respicit. Vnde Plato 2. de legibus, τὰ μετὰ κακὰ λεγόμενα, ἀγαθὰ τοῖς ἀσίκοις ἐστὶ, τοῖς δὲ δίκαιοις κακὰ, τὰ δὲ ἀγαθὰ, τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ὄντως

ἀγαθὰ,

I. Voluntas.

Voluntas  
quid? eius  
obiectum.

Verum bonum tantum non est voluntatis obiectum.

αἰγάθ' αὐ τοῖς δὲ κακοῖς κακοί: qua dicuntur mala iniustis sunt bona, iustis autem mala: bona vero bonis, vere sunt bona, malis autem mala. Quare voluntas semper bonum sibi proponit. Nemo enim sana mente praeditus malum, qua malum est, appetit, cum malum de subiecti corruptionem adferat. Idem sensit Cic. Tusc. 4. Natura enim omnes, quae bona videntur, sequuntur, fugiuntque contraria: quamobrem simul atque obiecta species cuiuspiam est, quod bonum videatur, ad id adipiscendum impellit ipsa natura: Id cum constanter prudenterque fit, eiusmodi appetitionem Stoici βέλυσιν appellant, nos appellamus voluntatem. Eam illi putant in solo esse sapiente, quam sic definiunt, voluntas est, quae quid cum ratione desiderat: Falsa igitur est tum Socraticorum, qui solum verum bonum voluntatis obiectum esse volunt, tum Academicorum, qui in apparente tantum bono constituerunt. Si solum verum bonum esset voluntatis obiectum, tum I. quaecumque homines improbi volunt, essent vera bona dicenda, aut non essent obiectum voluntatis eorum, unde sequeretur, posse quempiam id velle, quod obiectum voluntatis non esset.

II. Hac ratione cum mala improbi volunt & perpetrant, dicendum esset, hoc illos contra voluntatem facere, & propterea esse excusandos, ut qui inuiti ea peragant.

III. Nemo posset mala velle, unde nulla voluntas mala esset dicenda, ideoque nec homines

mali

mali rep  
per con

Sed  
tis est ob

esset, sec  
mines v

dicanda  
obiectu

alteri no  
demq; i

bonum  
Arist. v

verum,  
dicitur,

sint, an b  
in volu

rationis  
stitur na

vado: sic i  
animum

Apopht  
plex est.

& solid  
& dupl

idem ibi  
pitres, ne

non omn  
ratiocin

C.ost  
is, per

mali reperirentur vlli, cum nihil mali velle, & per consequens nec perpetrare possent.

Sed nec solum apparens bonum voluntatis est obiectum. I. Quia tum nihil in se bonum esset, sed pro hominum opinione, ea quæ homines vellent, & expeterent, bona essent iudicanda. II. Voluntas nullum certum haberet obiectum: nam quod vni videtur bonum, idem alteri non bonum videri posset, imo vni eisdemq; idem diuersis temporibus bonum, & non bonum videtur. Quare recte concluditur ab Arist. voluntatis obiectum esse bonum, siue verum, siue apparens, sicut ab eod. 2. Phys. c. 3. dicitur, *In his quæ appetimus, nihil refert an ea bona sint, an bona tantum appareant.* Alterum, quod in voluntate requiritur, est, vt appetitio hæc, rationis normam dirigatur. *In magno fluctu non sistitur navis, nisi pondus anchoræ retineat alto infixæ vado: sic in magnis rerum procellis summa debet ratio animum cohibere, ne ab affectibus auferatur, ait in Apophthegmatibus Plutarchi.* Sed vt bonum duplex est, ita & ratio: Aliquando enim firma est & solida, aliquando apparens tantum, vnde & duplex illud bonum nascitur. Quare recte idem ibid. Plut. vt non æque cernunt Cicada & Accipitres, neque similiter volant Aquila & Perdix: ita non omnia, quæ rationis participia sunt, æque valent ratiocinandi acumine.

Consultatio est ratiocinatio de mediis, per quæ ad finem in agendo puenitur.

*Apparens bonum solus non est obiectum voluntatis.*

*Voluntatis norma Ratio.*

## EXPLICATIO.

II. Consultatio, seu deliberatio, quid.

Eius obiectum.

Finis.

Discrimen inter consultationem, Inquisitionem Electionem.

Voluntatem.

Sub consultationem non cadunt.

Consultatio Græcis βουλευσις dicitur, quæ ab obiecto & fine hic definitur. Obiectum sunt Media, quæ ad agendam vel producendam actionem faciunt. Finis est ipsa actio. Vnde manifestum apparet inter consultationem & inquisitionem discrimen, quia inquisitio de quibusvis rebus instituitur, & finem habet cognitionem, non actionem. Differat et ab electione. Nam consultatio seu deliberatio instituitur. I. de reb. incertis: Electio vero de reb. per deliberationem aliquo modo certis. II. Deliberatio cum sit de mediis, tempore prior est electione: Prius n. deliberamus, deinde ex deliberatione aliquid eligimus, quod sequamur. III. Deliberatio solius est mentis seu solius intellectus, ibique refidet: Electio vero cum voluntate magnam habet commercium, quandoquidem non nisi volentes eligimus. A voluntate autem utraque differt, quod utraque ad voluntatem, tanquam ad finem referatur: Cum enim exempli gratia Imperator victoriam obtinendam sibi proponit, de mediis deliberat, quibus eam assequatur, & tandem, quod deliberatione probatum est, eligit, ut voluntatem seu finem propositum explicat.

In consultatione considerandum est, quæ res & quo modo tractari debeant.

Sub Consultationem ea non cadunt, in quibus vel consequendis vel mutandis humanæ ratio nihil præstare posse videtur.

Nam  
amore in  
sitiu postu

Ration

Quam

Talia sunt

Cic. quod

potest. J.

testate no

sunt, ut

ram expe

Natur

re, nec quic

nihil de ce

gnante &

III. Fo

potest: M

in vtramq

Nam & c

exitus pro

gnam qu

runt, nos

tuita voc

non vale

IV: M

queunt.

tota reru

cessitas: sup

losofph.

## E X P L I C A T I O.

Nam de talibus idem dicere licet, quod de amore in *Eunuch.* inquit Terentius: *Incerta, Hæc si tu postules.*

*Ratione certa facere: nihilo plus agas,*

*Quam si des operam, ut cum ratione insanias.*

Talia sunt § I. præterita. Nam ut I. de finibus Cic. quod semel admissum est, coerceri reprimiq; non potest. § II. Naturalia: illa enim in nostra potestate non sunt, & à nobis corrigi non possunt, ut sapienter à Poeta sit dictum: Naturam expellas furca licet, vsque recurret.

1. Præterita.

2. Naturalia.

Natura, inquit Cic. I. offic. non attinet repugnare, nec quicquam sequi quod assequi non queas. Quod nihil deceat inuita, quod aiunt, *minerua*, id est, repugnante & aduersante natura.

III. Fortuita: Fortunam enim nemo vitare potest: Magna vis est, inquit Cic. 2. offic. in fortuna in utramq; partem: vel secundas ad res, vel aduersas. Nam & cum prospero flatu eius utimur, ad optatos exitus prouehimur, & cum reflauit, affligimur. Magnam quidem Ethnici fortunæ vim tribuerunt, nos Deo tribuere æquum est, eaque fortuita vocare, quorum certas causas indagare non valemus.

1. Fortuita.

IV. Necessaria, quæ consilio euitari nequeunt. Hinc *Thales* interrogatus, quod esset in tota rerum natura robustissimum. Respondit, necessitas: superat enim omnia. *Laert. libr. I. de vit. Philosoph.*

4. Necessaria.

Sub consultationē cadunt ea huma-  
na negotia in hac vita agenda, in quib.  
vel cōsequendis, vel declinādis huma-  
na ratio aliquid p̄stare posse videtur.

E X P L I C A T I O.

*Discrimen  
consultatio-  
nis & curi-  
ositas.*

Consultatio igitur à curiositate procul ab-  
esse debet, ne scilicet vel aliena ad nos nihil  
pertinentia curemus, vel nimis altum sapia-  
mus. Hinc Gregor. Homil. 36. *Graue, inquit, cu-  
riositas est vitium, quæ dum cuiuslibet mentem ad  
inuestigandum vitam proximi exterius ducit, semper  
ei intima sua abscondit, ut aliena sciens, se nesciens sit,  
ut curiosus animus quanto peritus fuerit alieni me-  
riti, tanto fiat ignarus sui. Euclides Philosophus ro-  
gatus à quodam, quales essent Dii, quaque re potissi-  
mum gauderent? cetera, inquit, nescio, hoc vnum scio,  
odisse illos curiosos, ut refert Laert. lib. 2. de vit. Philo-  
soph. & Maximus Tirus serm. 21. De iis igitur est  
deliberandum, quæ ad nos spectant, quorum  
euencus aliquo modo est incertus: deliberan-  
dum, inquam, est, quibus mediis ad eorum  
fruitionem sit veniendum.*

*In consul-  
tando tenē-  
da sunt  
quædam.*

Modus consultandi præscribit quæ-  
dam initio, quædam in ipsa consulta-  
tione, quædam post consultationem  
diligentius esse obseruanda.

*I. Ante,  
nimirum*

Ante consultationem consultores  
adhibendi, & certus finis consultatio-  
nis est proponendus.

EX

Vtrū  
quidem  
dentię  
nianum  
aliam c  
quam c  
suis nin  
offic. p  
adferun  
vsu peri  
ceat, ex  
oendu  
deliber  
Co  
prude

Tri  
quirit  
cum sa  
bi, qua  
Vnde,  
fuit qui  
set opti  
ius ipsu  
quod pe  
silia im  
dulenta



## E X P L I C A T I O.

Vtrumque necessarium est. Et consultores quidem, ne nimium aliquis sibi suæque prudentiæ attribuens, à recto aberret. Vnde Iustinianum secundum notat Cuspinianus, non aliam ob causam Remp. male administrasse, quam quod reiectis consultoribus, consiliis suis nimium confisus fuerit. Quare recte 2. offic. p. præcipit Cic. ad ea eligenda, quæ dubitationē adferunt, adhibere homines doctos debemus, vel etiā vsu peritos, & quid iis, de vnoquoq; officii genere placeat, exquirere. Sed & finis certus est proponendus deliberationi, vt eo tanquam norma deliberatio tota gubernetur.

Consultores debent esse viri boni prudentes & amici.

## E X P L I C A T I O.

Tria hæc in consiliario non immerito requiruntur, & I. quidem, vt sit vir bonus. Nam cum sana & salubria consilia expetantur, alibi, quam in viro bono, non licet ea inuenire. Vnde, Cic. de Vniuersit. *Fas nec est, nec vnquam fuit quicquam, nisi pulcherrimum facere eum, qui esset optimus, & I. de leg. omnes viri boni equitatē, & ius ipsum amant: nec est viri boni errare, & deligere, quod per se non sit deligendam & colendum. At consilia impiorum, inquit Salom. Prouerb. 9. sunt fraudulentæ.*

*A*  
Consiliarij  
debent esse.

I. Viri boni.

2. Prudentes

II. Debent esse prudentes, vt rerum vſu edoſti de mediis recte poſſint iudicare: Nam vt ait Senec. libr. 4. de ira, prudentis eſt examinare conſilia, & nō cito facili credulitate ad falſa prolabi.

3. Amici.

III. Amici noſtri eſſe debent. Eſt enim, vt ait Zeno, amicus alter ego, & vetus eſt, teſte Cic. pro Planco, lex illa iuſtæ veræque amicitia, vt idem amici ſemper (ſed in cauſis honeſtis) velint, neq; eſt vllum certius amicitia vinculum, quam conſenſus & ſocietas conſiliorum & voluntatum. Si inimicos adhibeas, quid exſpectandum ſit audi Sen. lib. de prouid. Nulla ſunt occultiores inſidia, quam ha, quæ latent in ſimulatione officii, aut in aliquo ceſtitudinis nomine: Nam eum, qui palam eſt aduerſarius facile cauendo vitare poſſis. At Troianus equus idcirco feſellit, quod formam Miſericordiae mentitus eſt. Vnde & Eccleſiaſtices cap. 12. Non credes inimico tuo in aeternum. Nam ſicut æs adfert æruginem, ſic etiam prauitas illius, etiamſi ſubiiciat ſe, & inflexus ambulet, inſiſte anima tua & cuſtodi ab illo ipſam: Sic eris erga ipſum, tanquam, qui abſtergit ſpeculum, & cognoſces non intuliſſe æruginem, ad extremum vſque. Ne ſtatuas eum ante te, ne quando, cum ſubuerterit, conſiſtat in loco tuo. Ne colloceſ eum ad dextram tuam, ne quando locum tuum queat occupare.

B.  
Finis.

Certus finis conſultationi eſt præmittendus; qui conſilia de mediis regat & moderetur.

Nulla

Nu  
ſed de  
anteq  
præco  
& vag  
inquit  
dubites  
deberm  
ſam pr  
ut libr  
conſul  
tat: &  
tus, qu  
tile eſ  
In  
quib  
& qu  
D  
& de  
  
H  
prop  
cōter  
rand  
pau  
nire  
miru  
turp  
poſſ

Nulla enim deliberatio de fine instituitur, sed de mediis, quibus finis obtinetur. Quare antequam consultatio instituatur, finis est præcognoscendus, alioquin incerta prorsus & vaga est futura deliberatio. Bene præcipiunt, inquit Cic. 1. offic. qui vetant quicquam agere quod dubites, equum sit, an iniquum. Idem ibidem: Non debemus quicquam agere, cuius non possimus causam probabilem reddere. Hæc causa est finis sicut libr. 2. ad Eudem. cap. 13. testatur Aristoteles. Qui consultat, semper propter aliquam causam consultat: & est semper scopus aliquis consultanti propositus, quo respicit, nimirum id, quod conducit (vel utile est.)

In ipsa consultatione videndum est, quibus mediis ad finem perueniatur, & quis sit rectus eorum usus.

De mediolorum numero, qualitate & delectu est consultandum.

### EXPLICATIO.

Hæc tria sunt in mediis consideranda, ut sc. proposito nobis aliquo fine, quem assequi cõtendimus, inita ratione de mediis deliberandi, in cõsultationem veniat. I. Multisne, an paucis mediis ad propositum nostrum peruenire queamus. II. Qualia sint illa media, nimirum, an licita, an vero illicita, honesta, an turpia; facilia, an difficilia; possibile, an impossibile, &c. III. Istis iudicio ponderatis ac

2. In consultatione.

A  
Media, eorumque

1. Numerus.

2. Qualitas.

3. Delectus.

cedit delectus, qui de numero ita statuere debet, ut pauciora pluribus anteferat: de qualitate similiter, licita illicitis, honesta turpibus, facilia difficilibus, possibilia impossibilibus præferat, de quibus 1. off. Cic. ab initio. Tribus igitur est, ut Panætio videtur consilii capiendi ratio, &c. & de turpib. & honestis 3. off. in hunc sensum: Cum igitur aliqua species utilitatis obiecta est, nos commoueat necesse est. Sed si cum animum attenderis, turpitudinem videris ei rei adiunctam, quæ speciem utilitatis attulerit, tunc non utilitas requirenda est, sed intelligendum, vbi turpitude sit, ibi utilitatem esse non posse.

In usu mediolorum ita est procedendum. 1. Inuestiganda sunt media, donec ad vltimum fuerit peruentum, ut inde actionis initiū instituatur. 2. Si per nos solos effici negotium non possit, adhibendi sunt laborum fideles socii. 3. De instrumentis cōmodis est videndum.

#### EXPLICATIO.

De 1. sic constat, quia, quod in deliberatione est vltimū, in actione primum est: propterea nō de quibusdam tantum, sed de omnib. mediis erit inquirendum, si modo recte actio sit instituenda. Socii 2. etiam sunt adhibendi, præsertim in grauioribus negotiis. *Ipsi quoque*

*homini*

*homini  
socias a  
bustius  
cietate  
tegrita  
Sen.ep  
cum qu  
quod  
societa  
Amerin  
cauere,  
officii l  
tis cō  
diuert  
tur: Al  
amic  
instru  
nunqu  
inanim  
Po  
muff  
to,  
fusci  
  
De  
gend  
uenia  
1. An  
re pra*

B.  
Vfuss.

homini, inquit Cassiod. libr. 2. epist. duplices manus socias aures, oculos geminos, diuina tribuerunt, vt robustius perageretur officium, quod duorum fuerat societate complendum. Sed de sociorum fide & integritate imprimis est videndum. Vnde recte Sen. epist. 21. præcipit: *Ante circumspiciendum est, cum quibus edas & bibas, quam quid edas & bibas:* quod non tantum in istis locum habet, sed in societate quauis ciuili. Nam auct. Cic. pro Rosc. Amerino. *Tecti esse ad alienos possumus, socium vero cauere, qui possumus? quem etiam si vel metuimus. ius officii lædimus.* Opus tertio est, vt de instrumentis cōmodis consultetur, idque pro ratione, & diuersitate rei ipsius, quæ peragenda suscipitur: Aliquando enim vtendum est opera, vel amicorum, vel seruorū, vel iumentorū, quæ instrumenta ἐμψυχα, animata dicuntur. Nonnunquam præterea accedere oportet ἀψυχα, inanimata, vt gladium, securim, &c.

Post consultationem, negotio ad amissim exanimato, & possibili reposito, res ipsa prima data occasione est suscipienda.

#### EXPLICATIO.

Debet igitur is, qui præclari aliquid peragendū suscipit, antequam ad actionem perueniat, præmissa deliberatione considerare.

1. An habeat perficiendi facultatem, qua de re præclare Cic. 1. offic. *Ad rem gerendam qui ac-*

3. Post consultationem

1. An adsit perficiendi facultas.

F S cedit,

cedit, caueat, ne id modo consideret, quam illa res honesta sit, sed etiam ut habeat efficiendi facultatem, in quo ipso considerandum est illi ne aut temere desperet, propter ignauiam, aut nimis confidat, propter cupiditatem.

2. *Occasio.*

II. *Occasio rei gerendæ diligenter obseruanda est. Apes peragunt opus suum non statis diebus, sed quoties cœli commoditas inuitat: Ita suo quæque tempore rapienda est occasio. Plin. natur. hist. lib. II. cap. 7. Sed ut Plautus in Perside ait, [Virtus est, ubi occasio admonet dispicere.] Quare videndum, ne vel citius, vel tardius rem aggrediamur, quam circumstantiæ exigunt. In primis tamen cauenda est Tarditas, quam ita Salustius euitandam monet. Antequam incipias consulto. & ubi consulueris, mature factò opus est. Sed & Festinatio nimis vitanda, quod his verbis Sen. libr. de ira insinuauit, deliberandum est diu, quod statuendum est semel: deliberare utilia, mora est tutissima, Mora omnis odio est, sed facit sapientiam. De qua re sic Plin. libr. 15. cap. 24. Morus nouissima omnium germinat, & tamen parit inter primas: ita qui tempus idoneum operiuntur, rei conficiendæ, etiamsi serius cœperint, tamen maturius conficiunt.*

*Electio.*

Electio est appetitio præmeditata eorum, quæ à nobis fieri possunt.

E X P L I C A T I O.

Electio Græcis προαίρεσις Latinis electio,

propo-

prop  
tum  
libr  
tit, c  
betu  
ne d  
one  
præ  
deb  
qui:  
ager  
præ  
elege  
hæc  
meo  
petr  
vid  
scie  
nio  
qua  
tiur  
alia  
col  
xan  
rur  
Ele  
ver  
qu

propositum, consilium, delectus & institutum vocari solet. Definitio hæc apud Aristot. libr. 3. cap. 3. Eth. exstat, quæ cum ea consentit, quæ cap. 2. eiusdem lib. & libr. 6. cap. 2. habetur: quomodo & voluntate & consultatione differat, antea est ostensum, ut ex definitione etiam hac patet, in qua appetitio dicitur præmeditata, ut significetur, consultationem debere præcedere, deinde electionem subsequi: Quo spectat illud Biantis dictum: *Si quid agere instituis lente aggredere* (consultationem præmittendam denotans) *in eo vero, quod semel elegeris, firmiter persiste.* Deinde debet appetitio hæc esse eorum, quæ à nobis fieri possunt, mediorum scilicet: nam finis à voluntate appetitur, & sæpe impossibilis. Sed quia magna videtur opinionis cum electione cognatio, sciendum est, multum inter se differre. I. Opinio concipi potest de rebus impossibilibus, quales fuerunt tum falsæ, tum impiæ gentium de Deo opiniones, quarum aliæ hastas, aliæ allia, aliæ ibin, & fœda animalia pro Diis coluerunt, *qua de re legat, qui volet Alex. ab Alexandro Genial. dier. lib. 6. cap. 26.* Electio est rerum tantum, quæ fieri possunt.

II. Opinio æstimatur veritate vel falsitate: Electio probitate & prauitate, unde opinio vera vel falsa, electio bona vel mala dicitur.

III. Opinio non efficit, ut talis aliquis sit, qualis sibi per opinionem videtur, ut si quis

se di-

Opinionis  
& electio-  
nis discrimen.

se diuitem opinetur, non ideo diues est, aut ab aliis dicitur, cuius rei egregium exstat apud Athenæum lib. 12. Diognosiphiston exemplum. De Thraselao quodam homine Phrenetico, qui, quascunq; videbat naues in portum Atheniensem appellentes, suas esse putabat, earumque merces in tabulas referebat, & magno gaudio venientes excipiebat, sed ab hac opinione diues nec erat, nec ab aliis putabatur. At ab electione bona boni dicimur, sicut à mala mali.

IV. Opinio contemplationem, electio actionem respicit.

V. Opinio est incerta, electio vero dicitur, quodammodo certa, quia à deliberatione prouenit, vnde definitur & determinatur.

Atque hæc de voluntaria actione, sequitur inuita.

## C A P. VI.

### DE ACTIONIBVS INUITIS.

Actio inuita est, cuius principium aliunde prouenit.

### E X P L I C A T I O.

Cuncta scil. quæ vi vel deceptione fiunt, inuoluntaria seu inuita sunt, auctore Arist. lib. 1. Rhet. c. 25. Tum enim principium externum vel aliunde dicitur prouenire, cum vel vis ex-

terna



terna adhibetur vel actionis circumstantias ignoramus. *Ethic. 3. c. item lib. 5. cap. 8. & Magnor. moral. lib. 1. cap. 14.*

Actio inuita est vel Violenta vel Imprudens.

Violenta est, quæ vi aliqua fit.

Vim generaliter hic accipe, vt cuius necessitati vrgenti competat.

Violenta est vel absolute Violenta, vel Mixta.

Absolute violenta actio est, cuius principium extrinsecus huiusmodi adhibetur, ad quam nihil adiumenti adfert is, qui agit aut patitur.

#### EXPLICATIO.

Tria igitur sunt, quæ actionem absolute inuitam ostendunt. I. Si principium, i. e. causa efficiens principalis est externa, seu extra agentem vel patientem. II. Si principium illud externum satis habet virium ad actionem talem producendam. III. Si agens aut patiens nihil prorsus adferat adiumenti ad actionis productionem, vt si naus vi ventorum ad scopulos allidat. Talis fuit Cambysis actio pellem iniusto iudici detrahentis, *Herod. lib. 2.* Lucretiæ à Tarquinio vim patientis.

Actio Mixta est, cuius principium, cum in nostra sit potestate, & te per se

*Actiois inuita diuisio in Violentam & Imprudentem*

*Actiois Violenta subdiuisio in absolute Violentam & Mixtam.*

*In absolute inuita actio ne tria concurrunt.*

*1. Principium est externum.*

*2. Sufficit ad actionem producendam.*

*3. Qui iniustus agit aut patitur, nihil adfert adiumenti.*

male

mala videatur, ideoque nec eligenda; respectu vero circumstantiarum bona & eligenda censetur.

## EXPLICATIO.

Mixtæ propterea dicuntur, quia partim sunt violentæ, partim voluntariæ; ut cum mercator in tempestate coactus iacturam facit, actio hæc mercatoris, quatenus principium est externum, vis scilicet tempestatis, quæ adigit, ut si saluus esse velit, nauem mercibus exoneret, inuita dicitur, quia alias non esset facturus. Quatenus autem respectu maioris boni, ut vitam scilicet cõseruet, hoc facit, voluntaria dicitur actio. Quare talis actio in se considerata dicitur inuita, quia talem nemo eligeret, nisi externa vis seu necessitas impelleret. Respectu vero finis & temporis, aliarumque circumstantiarum voluntaria vocatur: Licet enim voluntas plane libera non sit, quia tamen optionem habet, ut ex pluribus vnum eligat, prorsus inuita dici non potest.

Actiones mixtæ vel laudem, vel reprehensionem, vel veniam merentur.

## EXPLICATIO.

Quatuor cõstituit mixtarum actionum genera Aristoteles, quæ nos ad hæc tria reuocamus, secundo & quarto in vnum contractis.

I. Laudem merentur eæ actiones mixtæ, quas propter magnum aliquod

bonum

*Mixtæ actiones cur sic dictæ.*

*Mixtæ actiones merentur tria videlicet*

*I. Laudem huius exemplis sunt.*

bonum  
re, si

Sic  
serua  
reuer  
cum  
ceret  
pro p  
Zopy  
Baby

II  
actio  
tia t  
dem  
nus

Pr  
illud  
tribu  
Satyr  
Nec  
guent

V  
se viu  
quod  
cum  
culi i

bonum consequendum violato decore, sine scelere tamen, suscipimus.

## EXPLICATIO.

Sic M. Regulus, vt iusiurandum inuiolatū seruaret, Carthaginem ad exquisita supplicia reuersus est, vt refert Cic. 3. off. Timotheus se circumcidi passus est, vt Iudæos Christo lucrifaceret Actor. 16. v. 3. Brutus insaniam simulauit, pro patriæ libertate liberos securi feriri iussit. Zopyrus Persa aures sibi & nares abscidit, vt Babyloniorum urbē regi suo Dario traderet.

Regulus.

Timotheus.

Brutus.

Zopyrus.

II. Reprehensione dignę censentur actiones, cum vel exigui cōmodi gratia turpe aliquid, vel quocunque tandem sine scelestum aut impium facinus admittitur.

II. Reprehensionem; cuius exempla sunt, Vespasiani Imper.

## EXPLICATIO.

Prioris exempla plurima exstant, quale est illud Vespasiani Imperatoris, qui lucri gratia tributum è lotio exegit. Vnde illud Iuuenalis Satyr. 13. de eod. (Vespasiano.)

*Nec credas, ponendum aliquid discriminis inter vnguentum & coriū: lucri bonus est odor ex re qualibet.*

Vlysses insaniam simulauit, vt domi otiose viueret, vt notat Cic. 3. off. Sic cum scelus aliquod quocunq; tandem respectu patrat, vt cum in alicuius gratiā, vel metu alicuius periculi in Deum, proximum, aut nos ipsos impii

Vlysses.

sumus

*Exemplum  
impietatis,  
in Deum, in  
proximos  
& in nos-  
metipfos.*

*Apostoli.*

*Phryges Ma-  
cedonius:  
Theodul-  
dus  
Tatianus*

*Flagitium  
non commit-  
tendum.*

sumus; quales fuerunt ii, qui pollicitationi-  
bus Iuliani Apostatae veram fidem abnega-  
rant, quorum è numero refert Niceph. lib. 10.  
cap. 29. Theodoretus lib. 3. c. 13. & Sozomenus lib. 5.  
cap. 8. fuisse Iuliani Thesaurarium, qui in gra-  
tiam Imperatoris cum à fide defecisset, & in  
templum profectus, vasa sacra vidisset, en-  
inquit, quibus vasis ministratur Mariæ filio;  
quo dicto sanguine ex toto corpore per os  
emisso miserime periit. ¶ Sic Numantini &  
Caliguritani ab hostibus circumsepti vxores  
suas, gnatosque ad vsum nefariæ dapis verte-  
runt. Valer. Max. libr. 7. cap. 6. ¶ Talis fuit Ca-  
tonis ἀυτοχρησία, vt & Lucretiæ, vt est apud Liu.  
Decad. 1. lib. 1. Præterea & Romanæ illius (fœ-  
minæ) cuius meminit Niceph. lib. 7. cap. 21. quæ  
vt Maxentii libidinem euitaret, seipsam con-  
fodit. Melius Apostoli, qui pro veritatis con-  
stanti professione cæsi gaudebant se dignos  
à Deo habitos, qui pro nomine Iesu contu-  
melia afficerentur. Actor. 5. v. 41. Quos imi-  
tati sunt & illi, de quibus idem Niceph. lib. 10. cap.  
10. Macèdonius, Theodulus & Tatianus Phryges,  
qui cum Diis sacrificare nollent, tormento passi, &  
craticulis supposito igni impositi, his verbis præfectum  
sunt allocuti; Si, Amachi, carnes assas expetis, age in  
alteram nos verte partem, ne tibi edenti, si semiasi si-  
mus, insuauior fiat cibus. Huic etiam sententiæ  
subscribit Arist. lib. 3. cap. 1. Ethic. quædam autem,  
inquit, fortasse sunt, ad quæ perpetranda nemo cogi-

com-

compell  
mori co  
rogare  
ad eū ve  
ἀνὰ π  
que ad  
Carolo  
missam  
prudem  
(sam) ne  
trio reli  
dentia  
III. V

ren  
fce  
mi  
est

Sic  
si, lora  
coacti  
hostib  
fugā  
Actio

ge  
da  
fra  
se  
ad

compelliue potest, sed potius extrema quæque pati, ac  
 mori conuenit. Cum amicus Periclem Atheniensem  
 rogaret, ut pro re causaque eius, falsum deiecerat, his  
 ad eum verbis usus est: *δει με συμπεριτειν τοις φίλοις,  
 ἀλλὰ μὲν χε θεῶν.* Oportet me opitulari amicis, sed us-  
 que ad Deos, Gell. 1. c. 3. Princeps Condeus, cum à ei  
 Carolo IX. Galliarum rege optio data fuisset, ut aut  
 missam, aut mortem, aut perpetuum carcerem eligeret,  
 prudenter respondit, se, Deo iuuante, primum (mis-  
 sam) nunquam electurum, duo reliqua Regis arbi-  
 trario relinquere, Deum tamen sua hæc omnia prou-  
 dentia gubernaturum.

III. Veniam & commiserationem me-  
 rentur actiones, ad quas, licet non  
 scelestas, probrosas tamen grauiissi-  
 mis causis, quas natura humana non  
 est ferendo, adigimur.

E X P L I C A T I O.

Sic Caslinates obsidione Hannibalis clau-  
 si, lora detracta; scuis pelles, mandere sunt  
 coacti. Liuius Decad. 3. lib. 3. Simili modo, si qui  
 hostibus impares, vitæ conseruandæ gratia, in  
 fugam se dent, quæ de re consule Cic. pro Aulo Cecin.  
 Actio inuita imprudens est, quæ ab a-  
 gente circumstantiarum quarum-  
 dam singularium ignaro, culpæ &  
 fraudis vacuo, proficiscitur, & sub-  
 sequentem habet pœnitentiam, ob  
 admissum peccatum.

propter illud  
 bonum, cu-  
 ius exempla  
 sunt Pericles  
 Atheniësis.

Condeus  
 princeps.

III. Veniam  
 & commise-  
 rationem;

Actio inui-  
 ta impru-  
 dens quid?  
 In ea con-  
 currunt  
 tria.

## EXPLICATIO.

1. Non quæuis actio imprudens hic definitur, sed ea tantum, quæ inuita recte dici potest, quæ talis esse debet. I. Ut qui agit, per ignorantiam agat: quod tum fit, cum circumstantias quasdam actiones non tenet: ut illa ipsa ignorantia simpliciter sit causa malæ actionis. Vbi discrimen notandum est inter ignorantem agere, & per ignorantiam agere. Ignorans enim agit, qui licet in actione producenda sit ignarus, tamen ignorantia illa non est præcipua causa malæ actionis, sed aliud aliquid, quod ignorantiam illam induxit. Sicut cum ebrius flagitium aliquod committit, ut cum proximum vel seipsum interficit, sicut de Cleomede Lacedæmonio refert *Aristot. libr. problemat. Sect. 31.* qui ebrius seipsum cecidit. Huius cædis ignorantia non fuit causa primaria, sed ebrietas, quæ ignorantiam illam induxit. Vnde Pyttacus lege cauit, ut qui ebrii peccarent, maiore pœna damnarentur, quam si sobrii fuissent. *Aristot. lib. 2. Polit. cap. 10.*

2. ¶ Per ignorantiam vero agit, cui sola ignorantia est causa malæ actionis.

3. ¶ II. Talis actio debet fraude vacare & ab animo simplici, ac culpæ vacuo proficisci.

¶ III. Cogniti peccati debet agentem pœnitere: Hoc enim manifestum est indicium, actionem illam voluntariam non fuisse. Vnde *Seneca in Agamem. Quem pœnitet peccasse, pene*

Discrimen  
in: er agere  
ignorantem  
& per ignorantiam.

est

est inn  
Gene  
Quo  
comp  
non V  
ne vo  
trata  
bet, se  
des so  
perpe  
Ob  
ter ign  
ris, se  
quæ i  
ignor  
cipua  
quæ ig  
dici so  
inuita  
tam ip  
volun  
scire d  
gentia  
ludæ.  
ait: M  
aut inq  
ignora  
tia Fac  
quæ d  
otius

*est innocens.* Exemplum habemus in Iacobo Genes. 29. qui Læam pro Rachæle acceperat. Quod si deprehenso errore agens factum comprobet, nec pœnitundine ducatur, Actio non Voluntaria dici potest, vt quæ nec plane voluntaria sit, cum ab ignorante sit perpetrata, nec inuita, cum factum agens comprobet, sed inter vtramque media. Talis fuit cædes scribæ Regis Porsenæ à Marco Sceuola perpetrata. *Liuius decad. 1. lib. 2.*

Observanda venit hoc loco distinctio inter ignorantiam Iuris & Facti. Ignorantia Iuris, sed Vniuersalis est, cum illa ignorantur, quæ iure scire tenemur: vt cum in vniuersum ignorantur actionis fines & qualitates præcipuæ, vt honestum, turpe, vtile, inutile, &c. quæ ignorantia Crassa, Affectata & Supina dici solet. Huiusmodi autem ignorantia nec inuita dicitur, nec veniam meretur, quia non tam ipsa ignorantia, quam peruersa agentis voluntas, peccati causa est, cum agens ea & scire debuerit, & potuerit, si mediocris diligentia fuisset adhibita: qualis fuit proditio Iudæ. De hac ignorantia loquitur Bern. cum ait: *Multa scienda nesciuntur, aut sciendi iniuria, aut inquirendi verecundia, & quidem huiusmodi ignorantia non habet excusationem.* ¶ Ignorantia Facti, quæ & Particularis dicitur est, cum quædam singulares circumstantiæ, in quibus potius actionis vis est posita, quas ante actio-

*Discrimen  
inter igno-  
rantiam  
Iuris &  
Facti.*

nem agens praevidere non potuit, ignorantur.

Circumstantiæ autem octo ab Aristotele numerantur, quarum quædam sunt principales, ut finis, obiectum agens & actum, quædam minus principales, ut, locus, tempus, instrumenta & modus: *quas omnes nemo, nisi forte insanus, ait Aristot. ignorare potest.*

### AXIOMA I.

Iucunda non sunt violenta.

### EXPLICATIO.

*Iucunda non esse violenta probatur 4. argum.*

1.

Quatuor argumentis hoc probat Aristoteles *lib. 3. c. 1. Ethic. 1.* Si iucunda essent violenta, tum voluntariæ actiones, violentæ essent dicendæ, siquidem nulla suscipitur spontanea actio, cui iucunditas aliqua vel præsens vel futura non inesse videatur. Quo dato, nulla esset hominum in agendo libertas, cum à voluptate cuncti raperentur inuiti.

2.

II. Violenta omnia sunt molesta, quæ vero iucunda sunt, molesta dici non possunt.

3.

III. Ad violenta peragenda difficulter pertrahimur. Vnde illud *Sen. epist. 12.* *Nulla res tam facilis est, quin difficilis sit, si inuitus facias.* At tantum abest, ut à iucundis trahamur, ut potius iis nos libenter offeramus.

4.

IV. Sequeretur denique, honestas etiam actiones dicendas esse violentas: his enim vel maxima iucunditas animique voluptas inest.

Quare

Quar  
mere

In ho  
te

Ax

dum,

uilem

losop

nibus

que h

numa

pit. ve

dum q

sumu

& vi

est, d

habi

mus

quar

solu

trari

iniu

ad v

in m

acti

ta, c

nos

—

—



Quare iucunda nullo modo violenta dici merentur.

*A X I O M A II.*

In hominis arbitrio positum est, virtutem colere, & vitium fugere.

*E X P L I C A T I O.*

Axioma hoc philosophice est intelligendum, de libertate hominis in actionibus, ad civilem hanc vitam pertinentibus, quales Philosophi intelligere potuerunt. Nam in actionibus spiritualibus, prorsus cæcutimus, nosque habemus, ut noctua ad solem meridiana, secundum illud Apostoli. 2. ad Cor. 3. capit. ver. 5. *Non idonei sumus per nos ipsos ad cogitandum quicquam, velut ex nobis ipsis, sed quod idonei sumus, illud ex Deo est.* Quod autem de virtute & vitio hic dicitur, intelligendum in primis est, de actionibus ante habitum; Dum enim habitus in nobis generantur, ita nos habemus, ut vel bene vel male agamus: At postquam habitus iam acquisitus est, non ita absolute in nostra potestate est positum, ut contrarium operemur. Sic iustus iustas, iniustus iniustas actiones exercet, nec se indifferentem ad utrumque habet. Virtutes autem & vitia in nostra esse potestate ita probatur. I. Quia actiones tam bonæ, quæ sunt virtutum causæ, quam malæ, quæ sunt causæ vitiorum, in nostra potestate sunt fixæ. Quod ex eo fit ma-

*Virtus & vitia in nostra esse potestate probatur.*

nifestum, quod cum in omni actione duo præcipue spectentur, finis & media. Finis ita voluntati est subiectus, ut eum voluntas possit velle vel nolle. Media item, electioni sunt subdita, ut ea eligere vel auerſari pro arbitrio possit electio. Vnde sequitur hominem libere posse virtutem amplecti, si velit, ut ita probus euadat, vel vitium, & inde improbus fieri. II. Nisi virtutes & vitia in nostra essent potestate, frustra leges ferrentur, quibus homines ad virtutes propositis præmiis excitentur, à vitiis vero pœnarum metu deterreantur: At vero experientia testis est locuples, legum hunc finem non esse irritum, assentiente sapientum choro. Vnde illud Horatii lib. I. Epist. ad Quint.

*Oderunt peccare boni virtutis amore:*

*Tu nihil admittes in te formidine pœna.*

Et I. de Orat. Cic. *Docemur auctoritate nutuque legum, dominas habere libidines, coercere omnes cupiditates, nostra tueri, ab alienis mentes, oculos, & manus abstinere.* Ex his sequitur.

III. Axioma: Nec fatali necessitate omnia fiunt, ut volunt Stoici; nec Platonis sententia simpliciter vera est: *Neminem sponte esse malum*; Nec iusta est intemperantium, iniustorum, avarorum, & similibus excusatio, qui se aliter agere non posse dictitant.

EX-

Lib  
les.  
liber  
cit:  
fieri.  
tem r  
rump  
Stoic  
rum  
tem  
ligu  
teru  
pati  
libr.  
tas  
na p  
ac re  
pare  
Pitt  
posse  
meg  
qua  
rū:  
effic  
de a  
lib  
lib.  
sari  
lun

## E X P L I C A T I O.

Libri 3. cap. 5. Ethic. Hæc habet Aristoteles. Et I. quidem sententiam Stoicorum, ut libertati voluntatis humanæ aduersam reicit: Sic enim Stoici statuerunt: Omnia fato fieri. Fatum autem intellexerunt necessitatem rerum omnium, actionumque quam nulla vis rumpat. Sicut illud Seneca definiit, vel ut Stoici apud Laert. lib. 7. *fatum est connexa rerum series, quam mundus administratur.* Duo autem impia ex Stoicorum sententia vulgo colligunt; vnum quod Deum fato subiiciant: alterum quod nostram voluntatem à Fato vim pati adferant. Testimonium apud Senec. in *libr. de prouid.* hoc exstat. *Eadem, inquit, necessitas & Deos alligat, irreuocabilis humana ac diuina pariter cursus vehit. Ille ipse omnium conditor ac rector scripsit quidem fata, sed sequitur: semper paret, semel iussit.* In eandem sententiam dixit Pitt. referente Laert. lib. 1. *Necessitati ne Dii possunt reluctari.* De posteriore Mercurius Trismegistus sic ait: *Nam nec Fati vim effugere quisquam potest, nec cauere sibi à vi ac potentia stellarum: Hæc enim tela & arma fati, cuius arbitrio cuncta efficiunt atq; perficiunt natura atq; hominibus.* Vnde aperte colligitur, ex opinione Stoicorum, libertatem voluntatis nullam esse, ut recte in *lib. de Fato à Cic.* sit dictum, *qui introducunt causarum seriem sempiternam, hi mentem hominis voluntate libera spoliata necessitate fati deuinciunt.*

*Omnia nec fieri fato, contra Stoicos,*

Hinc subiicit idem Cicer. *Ad animorum motus voluntarios non est requirenda externa causa: Motus enim voluntarius eam naturam se ipse continet, ut sit in nostra potestate, nobisque pareat, nec id sine causa: Eius rei enim causa ipsa natura est.* Exstat de Fato Stoico non in scitum exemplum de Zenone Stoicorum principe, qui cum seruum suum ob furtum captum, accusatū & ad crucem deductum videret, in maxima hominum corona exclamat Zeno, ô perditè, quid te ad hoc malum impulit? ô stulte Philosophè, respondet seruus, quis me hoc fatum docuit? ubi Zeno rubore suffusus, se clanculum subduxit. II. Plato in Timæo, Menone, aliisque in locis hanc habet sententiam: *Neminem sponte esse malum.* Vnde colligunt quidam eius spectatores, homines in actionibus bonis liberam habere voluntatem, in malis actionibus non item, sed inuitū ad eas peragendas trahi. Sententia tamen Platonis si candidè & dextre accipiatur, nihil tale ex se profert: quasi scilicet intellexerit, homines inuitos peccare, ut principium & causa peccati extra hominem sit quærenda. Fatetur enim, idque non semel, tam bonas quam malas actiones ab interno fonte, voluntate nimirum & electione proficisci. Sed hoc voluit, in actionibus pravis rectam rationem aliquo modo inuitam ad peccandum pertrahi; ut, cum recta ratio per naturam voluntati & appetitui præesse debeat, in talibus

*Sententia  
Platonis de  
libertate ar-  
bitrii.*

*Homines in  
bonis habe-  
re liberam  
voluntatem  
in malis nõ  
item, refu-  
tatur.*

libus

libus t  
nem co  
ficere.  
præte  
dum, e  
coerce  
tur, n  
fenter  
III. A  
tionib  
tem re  
liter a  
esse ne  
berta  
dam  
causa  
esse di  
tame  
nec æ  
scien  
infer  
moria  
Deus  
tura  
pian  
fatu  
nisi p  
cta,  
post  
uis e

libus tamen actionibus contra naturæ ordinem cogatur, veluti appetitui vitioso sese subicere. Et nanc esse Platonis mentem ex eo præterea apparet, quod affectibus resistendum, eosque disciplina, exercitiis & legibus coercendos passim monet. Ad rationem igitur, non ad voluntatem referenda est hæc sententia, alioqui subsistere non potest.

III. Ad eos, quod attinet, qui vitiosarum actionū culpam à se amouent, & in necessitatem reiiciunt, quasi ad eas inuiti agantur & aliter agere non possint, sciendum est, nullam esse necessitatem, quæ hominis in agendo libertatem tollat, licet hoc verum sit, esse quædam naturalem causarum inter se à suprema causa pendentium nexum; *omnia itidem à Deo esse disposita in numero, & mensura, & pondere*: at tamen nec decorus rerum creatarum ordo, nec æterna gubernantis prouidentia aut præscientia vim aliquam hominum voluntatibus infert. *Sicut tu (inquit Aug. lib. 3. de libero arb.) memoria tua non cogis facta esse quæ præterierunt: Sic Deus præscientia sua non cogit facienda, quæ sunt futura.* Frustra igitur, & iniuria quidem, se quispiam excuset, & peccatum in necessitatem, fatum, aut verius in Deum reiiciat, cum non nisi peccantis voluntate libera, & non coacta, hoc accidat: siue id ante habitum fit, siue post habitum acquisitum contingat. Quamuis enim habitus nō facile mutari possit, quia

*Necessitatem non excusare peccata.*

G s

tamen

tamen sponte crebro malo agendo cum compararunt, & adhuc libenter secundum eum habitum viuunt, quin ipsorum hic praua voluntas deprauatae actionis causa sit, negari non potest, quia *voluntati nec leges imperant, nec principes dominantur: nec cogi potest voluntas, ut velit, quod non vult.* Non enim vellemus si nollemus, ait August. lib. 3. de liber. arbitr.

Hucusque fuerunt virtutis causae, sequitur eius obiectum.

## CAP. VII.

## DE AFFECTIBVS.

**V**irtus in affectibus moderandis est occupata.

## EXPLICATIO.

Affectus hic appellamus, quos Cicer. perturbationes, Graeci  $\pi\acute{\alpha}\theta\eta$  appellant. Nec vero (inquit Cic. de finib.) *perturbationes animorum, quae vitam insipientium miseram acerbamque reddunt, quas Graeci  $\pi\acute{\alpha}\theta\eta$  appellant, poteram ego verbum ipsum interpretans, morbos appellare: Quia non conuenit ad omnia, quis enim misericordiam, aut ipsam iracundiam morbum solet dicere? In affectibus istis moderandis occupatam esse virtutem, auctor est ipse Aristoteles, 2. Eth. cap. 3. & 2. Rhet. cap. 4.*

Affectus sunt auersi à recta ratione animi motus, quos voluptas vel dolor consequitur.

EX-

Arist.  
describ  
iram, v  
uidiam  
emulat  
quae vel  
co po  
sumus  
vbi in  
concita  
mentis  
Stoico  
definit  
sa à red  
A qua  
libr. 7.  
batio e  
tus. V  
batio  
se opi  
auter  
homi  
falso  
ideo  
agere  
bant.  
genit  
man  
inest

## EXPLICATIO.

Aristot. libr. 2. Eth. cap. 5. sic perturbationes describit, perturbationes appello: vt, cupiditatem, vt, iram, vt, excandescentiã, timorem, audaciam, vt inuidiam, gaudium, amicitiam, vt odium, desiderium emulationem, misericordiam, & ea omnia, quæ vel voluptas consequitur, vel dolor. Ex quo loco posteriorem nostræ definitionis partem sumus mutuati: Priorem ex 4. Tusc. qu. Cic. vbi inquit: Perturbationes sunt turbidi animorum concitati que motus auersi à ratione, & inimicissimi mentis vitæque tranquilla. Habet ibid. Cic. hanc Stoicorum definitionem: Est igitur Zenonis hæc definitio, vt perturbatio sit, quod πείθει illi dicit, auersa à recta ratione contra naturam animi commotio. A qua non multum differt illa, quæ apud Laert. libr. 7. de vit. Philos. in vita Zenonis legitur. Perturbatio est irrationabilis ac præter naturam animi motus. Vbi in hoc errabant Stoici, quod perturbationes putarent non esse naturales, sed esse opiniones saltem vel boni, vel mali: genere autem suo omnes esse vitiosas, & ex natura hominum euellendas. Credebant scilicet. sed falso, hominis naturam plane integram esse, ideoque quandocunq; prauis cupiditatibus ageretur, contra naturam hoc euenire asserabant. Attamen affectus nobis esse natura ingentos ex se liquet, quod omnibus fere animantibus propensiones quasdam naturales inesse videamus: vnde *σῶμα* seu amor ille na-

Stoicorum  
in affectibus  
definiendis  
error.

tura-

*Affectuum  
distinctio.*

*Virtus circa  
praedictam  
affectuum  
distinctio-  
nem ver-  
satur.*

*Voluptatem  
& dolorem  
esse perpetu-  
os affectuum  
comites: id-  
eo eos obie-  
ctum esse  
virtutis pro-  
batur ab  
Aristot.*

turalis parentum in liberos, qui se ad omnes animantes extendit. Sed & illud falsum est, omnes adfectus esse vitiosos, siquidem ipsa Dei lex quosdam praecipit, ut amorem in ipsum, parentes & proximum: Spem etiam, fiducia, gaudium, aliosq; ad excitandum animum necessarios. Affectus autem ita distingui solent. ut alii dicantur natura boni, illi scilicet, qui cum lege naturae consentiunt, ut spes, misericordia, &c. alii mali, ut odium, invidia, superbia, desperatio, & circa hos proprie versatur virtus, ut eos mediocritate rationis in officio contineat. Hoc illud est, quod i. Officior. exigit Cic. Efficiendum est, ut appetitus rationi obediant, eamque neque praecurrant, neque propter pigritiam, aut ignaviam deserant, sintque tranquilli, atque omni perturbatione animi careant. Ex quo elucebit omnis constantia, omnisque moderatio. Quia autem voluptas & dolor perpetui sunt affectuum comites, ideo Arist. 2. Eth. c. 3. aliquot argumentis probat, circa voluptatem & dolorem virtutem esse occupatam: & I. quidem inquit, quia voluptate plerumque homines ad vitia incitantur, dolore etiam & molestia absterrentur à bonis & honestis actionibus. Hinc Plato lib. 4. de Repub. asserit: Voluptatem & dolorem tantam vim in hominib. ad honestas actiones suscipiendas excitandis habere, ut bona educationis praecipuam partem in eo ponat, si ab ineunte aetate honestis actionibus gaudere, turpibus vero dolere

homi-

homines  
autem  
lum de  
dio locu  
II. Q  
quod p  
dolor  
volupt  
pramiu  
minum  
verberi  
Amer.  
publica  
mali au  
ert. lib  
III. I  
nonnu  
duntu  
ctis su  
IV. V  
peten  
V.  
quan  
stia a  
VI. V  
ardua  
cillim  
gerer  
luptat  
diffic



homines assuescant. Sapienter Seneca Epist. 28. Tunc autem consummata est infelicitas, ubi turpia non solum delectant, sed etiam placent, & desinit esse remedio locus, ubi quæ fuerant vitia mores sunt.

II. Quia minus est virtutis mederi vitiis, quod partim fit pœnarum metu, in quibus est dolor, partim spe præmiorum, in quibus est voluptas. Verus, iustus, atq; honestus labor, honoribus, præmiis, atque splendore, decoratur: Vitia autem hominum atque fraudes, damnis, ignominibus, vinculis, verberibus, exiliis morte mulctantur. Cicer. pro Ros. Amer. Vnde Solon percontatus quid maxime è Republica esset? Respondet, si boni præmiis inuitentur, mali autem pœnis coerceantur, vt meminerunt Laert. lib. 1. de vit. Philos. Cic. ad Brut. Stob. serm. 41.

III. Habitus morum voluptate & dolore nonnunquam adiuantur, nonnunquam læduntur, sicut in habitibus fieri solet, vt obiectis suis vel perficiantur, vel corrumpantur.

IV. Voluptas & dolor sunt in numero expetendorum & fugiendorum.

V. Iis solent homines actiones suas metiri, quantum scilicet vel iucunditatis vel molestiæ adiunctum habeant.

VI. Virtutis est docere, quo pacto circa res arduas sit versandum: Constat autem difficillimum esse in voluptate & dolore se recte gerere. Vnde Heracl. dicebat, difficilius esse voluptati resistere, quam iræ, quæ affectuum fere est difficilimus.

6  
Difficilius  
voluptati,  
quam iræ  
resistere.

Volu-

Voluptas  
quid?  
Voluptatis  
Varia consi-  
derationes,  
¶

Voluptas est operatio non impedita,  
promanans ab habitu, qui est se-  
cundum naturam.

E X P L I C A T I O.

Sic eam definit Arist. *Eth.* 7. c. 12. & *lib.* 1. *Rhet.*  
*cap.* 11. Variis autem modis voluptas in *Ethica*  
consideratur: & I. quidem, quatenus in nu-  
mero bonorum censetur non omnis volu-  
ptas, sed moderata, teste *Arist. Eth.* 3. c. 12. & 7. c.  
12. II. quia magnam habet cum summo bo-  
no affinitatem. Nam sine voluptate summum  
bonum consistere non potest: quin etiam o-  
mnes animantes voluptatem expetunt, eoq;  
inducant, eam habere magnam cum summo  
bono cognationem *lib.* 7. *Eth.* c. 13. Accedit III.  
quia naturæ nostræ admodum est cognata.  
IV. ad virtutem plurimum confert, ut *Eth.* 10.  
c. 1. testatur *Arist.* V. denique quia habet ratio-  
nem obiecti virtutis, sicut hic à nobis consi-  
deratur. Quod cum dicitur (esse obiectum  
scil. virtutis) sciendum est, voluptatem intel-  
ligi non eam, circa quam temperantia pro-  
prie est occupata, sed eam, quæ generaliter o-  
mnibus affectibus respondet. Variæ Philoso-  
phorū de voluptate opiniones fuerunt, quo-  
rum quidam summum bonum eam esse di-  
xerunt, ut Eudoxus & Epicurus. Alii rem pes-  
simam, & propterea maxime fugiendam, ut  
Platonici, *Arist.* mediam tenuit sententiam,  
quasdam voluptates esse bonas, quasdam

Quomodo  
hic conside-  
retur de vo-  
luptate Phi-  
losophorum  
opinionem.

malas,

malas.  
*ristot. pa*  
à *cap.* 1  
*curus ap*  
*cessaria,*  
*necessar*  
*dolorem*  
deniqu  
inani o  
statuar

Har  
confid  
quæ hi  
nomin  
templa  
riarum  
deliber  
*ai θήσι*  
pantur  
luptas  
dum  
(scilic  
ea, qu  
tificial  
agens  
ex op  
scitur.  
ex *lib*  
*Si tale*  
*ipsam*

malas. Horum opiniones prolixè tractat Aristot. partim lib. 7. cap. 11. & deinceps partim lib. 10. à cap. 1. ad 6. Voluptates autem, ut auctor est Epicurus apud Laert. libr. 10. alia sunt naturales & necessariae, quæ dolores sedant: ut in siti potus: alia non necessariae, quæ voluptates solum variant, non autem dolorem tollunt, ut sunt delicati & pretiosi cibi: alia denique nec naturales, nec necessariae, quæ in inani opinione sunt positæ, ut sunt coronæ, & statuarum ornamenta.

Harum voluptatum solæ primæ huius sunt considerationis, quæ scilicet naturales sunt: quæ hic definiuntur per Operationem: quo nomine intelligitur tam actio τῆς θεωρίας contemplationis rerum diuinarum ac necessariarum: item τῆς διαβολίας ratiocinationis vel deliberationis de rebus agendis, quam τῶν αἰσθησίων sensuum, qui in singularibus occupantur. At in istis tum vera & sincera est voluptas, cum non est impedita hæc secundum naturam actio. Talis autem dicitur (scilicet secundum naturam) non tantum ea, quæ naturalis proprie vocatur, sed artificialis: Ex tali namque actione percipit agens in animo suo veram voluptatem, quæ ex operatione secundum naturam proficitur. Natura autem quæ hic intelligatur ex libro 3. Tusculan. Cicer. facile colligitur: Si tales (inquit) nos natura genuisset, ut eam ipsam intueri, atque perspicere, eademque optima

Naturales & necessariae.

Non necessariae.

Non naturales.

Natura  
Sis.

duce

duce cursum vitæ conficere possimus, haud erat sanè quod quisquam rationem, ac doctrinam requireret, cum natura sufficeret, nunc vero paruulos nobis dedit igniculos, quos celeriter malis moribus, opinionibus deprauatis, sic restringimus, vt nusquam natura lumen appareat. Sunt enim ingenis nostris semina innata virtutum, quæ si adulescere liceret, ipsa nos ad beatam vitam naturam perduceret. Nunc autem simul atque editi in lucem & suscepti sumus, in omni continuo prauitate, & in summa opinionum peruersitate versamur, vt pene cum lacte nutricis errorem suxisse videamur, cum vero parentibus redditi deinde magistris traditi sumus, tum ita variis imbuiamur erroribus, vt vanitati veritas, & opinioni confirmata natura ipsa cedat.

*Voluptatis  
diuisio in  
animi & cor-  
poris.*

*Voluptas a-  
nimi quid?*

*Voluptatis  
animi &  
corporis di-  
stinctio I.  
II.*

Voluptas est vel animi, vel corporis:

EXPLICATIO.

Diuisio hæc vulgaris est, & colligitur ex lib. 7. Ethic. cap. vlt.

Voluptas animi est, quæ ex perfectiorum animi habituum actionibus perfecta per se, absque dolore est iucunda.

EXPLICATIO.

Tribus notis animi voluptas à corporis voluptate distinguitur. Nam § I. animi voluptas vitiosum excessum nullum admittit, sicut in corporis voluptatibus sæpe accidit, vt in excessu peccent. § II. Ex his rebus percipiuntur, quæ sua natura sunt iucundæ, cum

cor-

corpori  
Accide  
cinam  
volupta  
nulla est  
doloris  
lætitia  
stingua  
quid sit

Vo  
neces  
nis pr

Not  
tur: n  
mercii  
losoph  
stem ex  
tatrix e  
cuius b  
sunt. S  
quæ hi  
eam na  
seruati  
sue in  
reo, ali  
pigran  
Vina si  
Seru

corporis voluptates ex iis tantum, quæ per Accidensales sunt: quatenus scilicet medicinam adhibent dolori naturæ. § III. Animi voluptas doloris est expers: Corporis autem nulla est tam solida, ut nihil habeat admixti doloris. Hæc animi voluptas gaudium vel lætitia appellari potest: licet inter hæc duo distinguant Stoici. Ex his facile intelligitur, quid sit corporis voluptas.

Voluptas corporis est, quam naturæ necessitati satisfaciens ex rectæ rationis præscripto corpus percipit.

EXPLICATIO.

Non quævis corporis voluptas hic definitur: nec enim hic nobis quicquam est commercii cum ea corporis voluptate, quam Philosophi fere omnes, ut perniciosissimam pestem execrantur, de qua Cic. li. i. de legibus: *Imitatrix est boni voluptas, malorum mater omnium: cuius blanditiis corrumpuntur, quæ natura bona sunt.* Sed veram voluptatem hic exprimimus quæ his limitibus circumscribitur. I. Ut per eam naturali necessitati satisfiat, siue in conseruatione indiuidui, ut in cibo & potu, &c. siue in conseruatione speciei, ut in actu venereo, aliisue corporis necessitatibus. Hoc in Epigrammate ita expressit Virgilius:

*Vina sitim sedant: liberis Venus alma creandis  
Seruiat, hos fines transiisse nocet.*

III.

Voluptas  
corporis  
quid.

II. Recta ratio huic necessitati modum præscribere debet, ne amplius voluptati homines indulgeant, quam naturæ necessitas exigit, Nam vt *Claudianus de quarto Honorii consulatus recte canit,*

----*Hanc alta capitis fundavit in arce*

*Mandatricem operum prospecturamque labori.*

*Ratio cur homines stimulentur falsis solutibus.*

I.  
II.

Aliæ autem voluptates, veræ voluptates non sunt, quia à natura corrupta defectui alicui mederi cupiente proficiscuntur. Quod autem iis homines stimulentur, non vna est causa: nam ¶ vel homines veras voluptates ignorant: ¶ vel à corporis voluptatibus vehementius affecti sensus, ad eos leniendos maiore cum desiderio excitantur. *Arist. lib. 7. c. vlt.*

### A X I O M A.

Quod vnum idemq; non semper sit iucundū, sed varietas delectet, id partim à diuersa hominis constitutione, partim à corrupte nature vitio euenit.

### E X P L I C A T I O.

Homines varietate delectari ipsa experientia docet, *Aristoteles lib. 7. c. 8. Eth.* testimonium perhibet, & communi consensu omnes fatentur. Vnde *3. de Ponto Ouid.*

*Est quoque cunctarum nouitas gratissima rerum.*

I. Duæ autem ab Aristotele redduntur huius varietatis causæ. ¶ I. Vna, quia duæ sunt hominis partes, corpus & anima, quæ diuer-

*Cur homines proni ad varietatē, ratio.*

I.

lissimam

lissima  
læ, quod  
Et cor  
uersis h  
qualita  
alteriu  
præcip  
ræ insi  
quit, est  
dum ha  
quod ve  
silit; n  
seruit a  
Semper  
semper  
cium, &  
vita per  
Do  
contr

Fac  
iam ex  
eum d  
Philoso  
expers  
omne  
Aristo  
& dolo  
sensus e

sissimam habent naturam, vnde fit, vt singu-  
 læ, quod sibi magis gratum videtur; appetant.  
 Et corpus quidem cum quatuor constet di-  
 uersis humoribus, quorum diuersæ etiam sunt  
 qualitates, excitatur inde nunc huius, nunc  
 alterius alicuius desiderium. ¶ II. Altera etq;  
 præcipua causa est corruptio humanæ natu-  
 ræ insita, de qua prudenter *Sen. Diuersitas, in-*  
*quit, est vitium, & signum vacillantis animi, ac non-*  
*dum habentis vigorem suum. Nemo proponit sibi*  
*quod velit, nec si proposuit perseuerat in eo, sed tran-*  
*silit; nec tantum nutat, sed redit: Ac in ea quæ de-*  
*seruit ac damnauit, reuoluitur. Quid est sapientia?*  
*Semper idem velle, atque idem nolle? non potest idem*  
*semper placere nisi rectum. Variatur quotidie iudi-*  
*cium, & in contrarium vertitur: ac plerisque agitur*  
*vita per vsum.*

II.

Sapientia  
quid.

Dolor est operatio ad id, quod est  
 contra naturam, declinandū impellēs.

Dolor quid.

## E X P L I C A T I O.

Facile est doloris naturam ex voluptate  
 iam explicata intelligere. Longè aliter tamen  
 eum definiunt Stoici *apud Laert. libr. 7. de vitis*  
*Philosoph.* Dolor est animi contractio rationis  
 expers. Sed hoc eis (Stoicis) impoluit, quod  
 omnem affectum putarent vitiosum. Melius  
 Aristoteles *libr. 3. de anim. cap. 7. voluptate affici*  
*& dolore nihil est aliud, nisi partem eam animi, quæ*  
*sensus est particeps, ad bonum aut malum, aut alia*

H 2

eiusdem

*eiusdem generis conuertere : In quo & declinationis & appetitus vsus cernitur. Nam & dolere permittitur, ita tamen, vt modus adsit. Exemplum habemus in ipso Christo, qui Luc. 19. v. 41. prædicens vrbis Hierosolymitanæ excidium fleuisse dicitur.*

*Doloris di-*  
*uisio.*

*Dolor ani-*  
*mi quid.*

*Corporis.*

Dolor est vel animi vel corporis.

Dolor animi est, qui animum interne adficit.

Corporis est, qui corpus externe adficit.

EXPLICATIO.

Maximum discrimen doloris animi & corporis ab ipsis subiectis est petendum, animo scilicet & corpore, quib. ipse dolor inest. Qui vterque ratione debet coerceri, ne modum excedat, sicut de voluptate supra est dictum. *Nobis autem, inquit Seneca epist. 63. ignosci potest prolapsis ad lacrymas, si non nimie decurrerint, si illas ipsi repressimus. Nec sicci sint oculi amico amisso, nec fluant. Lacrymandum est, non plorandum. Per lacrymas argumenta desiderii querimus, & dolorem non sequimur, sed ostendimus, luuenal. Satyr. 16. Ponamus nimios gemitus: flagrantior equo Non dolor esse viri debet, nec vulnere maior.*

*Lacrymari*  
*& plorare*  
*differunt.*

*Admonitio*  
*de ordine.*

Locus hic postularret, vt singulas affectuum species ordine explicaremus, sed ne nimium ab Aristotele recedere videamur, ad virtutum ipsarum explicationem eas cum Aristotele reiicimus.

Atque

Atque  
iecto:

A

tur an

Am

natura

bus or

II. Pro

inter h

more

signifi

ab am

autem

nisi vel

si ad se

De

defini

stat vt

neuolet

stitutu

debet

Beneu

ardore

stanti



Atq; hæc in genere de virtutis moralis ob-  
iecto: sequitur eius adiunctum.

## CAP. VIII.

## DE AMICITIA.

**A**micitia est mutua & manifesta  
benevolentia, erga eos, qui aman-  
tur animo concepta.

## EXPLICATIO.

Amicitia nonnunquam sumitur pro rerum  
naturalium *supra dicta* inter se, quo modo re-  
bus omnibus creatis quædam inest amicitia.  
II. Pro amabili affectu inter beluas, vt etiam  
inter hominem & beluas. III. Pro mutuo a-  
more in societate ciuili. Et in postrema hac  
significatione hic accipitur. Dicta est amicitia  
ab amando, vt testis est Cic. 2. de finibus. *Quid  
autem est amare, è quo nomen amicitia ductum est,  
nisi velle bonis aliquem affici, quam maximis, etiam  
si ad se ex his nihil redeat.* Et in Dial. de amicitia.

Definitio sumta est ex cap. lib. 8. Eth. vbi  
definitur amicitia, i. per benevolentiam: Con-  
stat vt opinor bonis inter bonos, quasi necessariam be-  
nevolentiam esse, quæ est amicitia fons à natura con-  
stitutus. Cic. in dial. de amicit. Qualis autem hæc  
debeat esse benevolentia, idem docet. 1. offic.  
Benevolentia (inquit) non adolescentulorum more,  
ardore quodam amoris, sed stabilitate potius & con-  
stantia iudicemus. Atq; hoc etiam modo à pro-

Transitio.

Amicitia  
quid.Amicitia  
significatio  
triplex.

I.

II.

III.

Amicitia  
unde dicta.Amare  
quid.

Propinquit-  
tas & ami-  
citia diffe-  
runt.

Ratio cur  
amicitia  
inter homi-  
nes & bruta  
esse nequeat

Mutua re-  
ciprocatio  
debet esse er-  
ga amicos.

Amicitia  
nota qua-  
tuor.

I. Beneuo-  
lencia.

Discrimen  
inter Bene-

pinquitate differt, siquidem, *vt idem in Dialo-  
go citato loquitur, hoc prestat amicitia propinquitati,* quod ex propinquitate, beneuolentia tolli potest, ex amicitia non potest. Sed beneuolentia ita stricte à nobis hoc loco non est accipienda, vt definitio singulis speciebus postea conueniat.

II. Beneuolentia hæc debet esse mutua: unde fit, vt inter res inanimatas, vt nec etiam inter bruta, amicitia vera esse nõ possit, quia deest reciproca beneuolentia. Eadem causa est, quod homines cum brutis amicitia iungi non possint: Amor quidem inter eos esse potest, inquit Arist. Eth. 8. c. 2. & 1. Mag. moral. c. 15. vt erga vinum. Amicitia vero minime. De mutua hac beneuolentia sic loquitur Cic. in Lælio: *Eodem modo erga amicum affecti simus, quo erga nosmetipsos, & nostra in amicos beneuolentia illorum in nos beneuolentia pariter equaliterque respondeat.*

III. Manifesta: ne prorsus scilicet lateat, quin mutui officii signa aliqua edat.

*Nota Amicitia.*

In amicitia requiritur beneuolentia, Concordia, Beneficentia & Cõuictus.

Beneuolentia est habitus occultus hominem ad bene uolendum inclinans, qui accedente consuetudine in amicitiam transire potest.

*EXPLICATIO.*

Colligitur hæc definitio ex Eth. 1. 9. c. 5. Vbi etiam hoc traditur inter beneuolentiam & a-

morem

more  
nec d  
endi  
affe  
dere  
dum  
neuo  
duo  
tia e

com  
nos

cõf  
de  
ver

nit

pri

con

ue

bil

Q

stu

liu

q

q

q

q

q

q

q

q

q

q

q

morem discrimen, quod illa subito existat, nec desiderium habeat adiunctum bene faciendi aut conuersandi, hic vero vehemens fit affectus, opus habeat vitę consuetudine, desideretq; cōuictum, ac bene cupiat. Sed sciendum est, in hoc non differre à se inuicem beneuolentiam hic definitam & amorem, quæ duo alias re ipsa cōueniunt, sed à beneuolentia eum affectum tantum animi significat.

Concordia est ciuilis inter notos consensus de rebus grauibus, quæ per nos effici possunt.

E X P L I C A T I O.

Cōcordia sumitur aliquando pro quocūq; cōsensu etiam in rebus speculabilibus, veluti de motu terræ, de orbibus cælestibus, &c. hic vero pro consensu solū eo, qui in agendo cernitur, quam Arist. c. 6. l. 9. Eth. inter bonos proprie inueniri cōtendit. I. Quod secū sint concordēs, eoque possint facilius cum aliis conuenire. II. Quia non sunt instar Euripi mutabiles, sed in honesto proposito constantes. III. Quia illud tantum appetunt, quod honestum est, & tam aliis, quam sibi utile. Quo Silius Italicus lib. 9. de bello Punico respexit.----

*Velle & nolle ambobus idem, sociataque lato  
Mens auro, ac paruis diues concordia rebus.*

Inter improbos cōtraria omnia reperiuntur.

Beneficentia est amicitie actus quo erga amicos voluntatem nostram

*uolentiā &  
Amorem.*

*Hic pro uno  
& eodem  
sumuntur,  
II. Concor-  
dia.*

*Duplex con-  
cordia signi-  
ficatio.*

*Concordiā  
proprie bo-  
nis compe-  
tere.*

*Ratio I.*

*II.*

*III.*

re ipsa ac factis palam facimus, eosque nobis caros ostendimus.

EXPLICATIO.

*Non satis est, inquit Aristoteles l. 9. c. 7. ut animo tantum amico bene velimus, aut etiam precemur, sed beneficia præterea accedere oportet, quibus prona illa & prompta benevolentia declaretur.* Hic enim de beneficentia agitur, quatenus amicitiae comes est: alias de beneficentia, ut virtus est & liberalitati coniuncta, postea erit dicendum. De beneficentia hoc habet Arist. loco citato axioma:

Beneficus magis eum amat, cui benefacit, quam hic illum.

EXPLICATIO.

Quod istis rationibus probat (Aristoteles)

¶ I. Quia is, qui beneficium accipit, est quasi benefici opus. Artifex autem maiore amore opus suum prosequitur, quam opus artificem esset prosecuturum, si redamare posset.

¶ II. Benefici actio est honesta, accipientis vero utilis tantum vel iucunda. Honestum autem magis diligitur, quam vel utilitas vel iucunditas.

¶ III. Memoria collati beneficii semper est veluti præsens benefico: Utilitas autem beneficii cito perit, & cum eo memoria: quæ autem diutissime conseruantur in memoria nostra, ea etiam nobis sunt cariora.

¶ IV. Præ-

De qua hic agatur beneficentia.

Beneficium magis amare beneficia-rium quam hunc illum.

Ratio I.

II.

III.

¶ IV. amari: iam præpetit etiam tur, sum matru quos labori Ideo n incen dame C tio, dum tudia

Pl uictu capit. conu vsus posit citia, conf cessa ¶ III citia prop

¶ IV. Præstantius & melius est amare, quam amari: illic enim actio, hic passio, ideoque etiam præstantiori, benefico scilicet magis competit illud, quod præstantius est. ¶ V. Quia ea etiam quæ maioribus laboribus comparantur, sunt etiam gratiora, ut constat ex amore matrum in liberos, quorum ij sunt carissimi, quos maximo cum labore peperit. Est autem laboriosius beneficium dare quam accipere. Ideo mirum videri non debet, si beneficus inuentius amet beneficiarium, quam ab eo redametur.

Conuictus est amicorum conuersatio, ad mutuuum statum cognoscendum, & morum studiorumque similitudinem comparandam utilis.

#### EXPLICATIO.

Plures adfert Aristoteles rationes, cur conuictus in amicitia sit necessarius. *cum libr. 8. capit. 5. tum libr. 9. capit. vlt.* ¶ I. Nisi sit mutuus conuictus, non potest præcipuus amicitiae usus qui in officiorum communicatione est positus, exerceri. ¶ II. Cito dissoluitur amicitia, nisi amici simul uiuant. Nam sicut ex consuetudine & conuersatione oritur, ita cessante consuetudine amicitia intercidit. ¶ III. Exemplo sunt senes, qui ideo ad amicitiam colendam minus apti habentur, quia propter conuictus difficultatem, seu moro-

IV.

V.  
Beneficium  
dare laboriosius, quàm  
accipere.

IV. Conui-  
ctus.

Conuictum  
in amicitia  
esse necessarium.

Ratio I.

Usus amicitia, in quo consistat.

II.

Amicitia  
qui oritur  
& extinguitur.

H 5

sita-

IV.

*Amicitia  
inter absen-  
tes etiam est  
colenda.*

fitatem nemo libenter cum iis conuersatur.  
¶ IV. Vt in secunda fortuna vna gaudere, & in  
aduersa sibi mutuo succurrere, seque solari  
possint.

Atque hoc de conuictu ita est accipiendū,  
necessarium esse ex hypothesi, vt amici sibi  
mutuo adsint, non quod amicitia inter ab-  
sentes coli non possit. Nam, vt in *Lael.* ait Cic.  
*Amicitia plurimas res cōtinet, quoquo te vertere, præ-  
sto est: nullo loco excluditur, nunquam intempestiua,  
nunquam molesta est. Itaque non aqua, non igne, non  
aere (vt aiunt) pluribus locis vtimur, quam amicitia:  
nam & secundas res splendidiores facit amicitia, &  
aduersas partiens communicansque leuiore: nec de-  
bilitari animos, aut cadere patitur: Verum etiam a-  
micum quem intuetur, tanquam exemplar aliquod  
intuetur sui. Quocirca & absentes adsunt, & egentes  
abundant, & imbecilles valent, (& quod dictu diffi-  
lius) mortui viuunt.*

*Quinta nota.*

*Amicis  
opus esse in  
vtraq; for-  
tuna pro-  
batur.*

Amicis in omni fortuna opus est: in  
prospera, vt vna gaudeāt & sibi mutuo  
consulant: in aduersa, vt consilio &  
auxilio sibi mutuo adsint.

E X P L I C A T I O.

Hoc ostendit Aristot. *lib. 8. cap. 1. l. 19. c. 11.* Et  
I. quidem amicis opus esse in omni fortuna,  
facile apparebit, si omnes ætates, & hominū  
ordines percenseamus. Infantes iis opus ha-

bent,

bent,  
cessari  
ad res  
senibu  
ætatis  
diuite  
cte tu  
peres,  
niant

Hi  
De am  
qui ad  
tione  
tium g  
volupt  
tiunt,  
re. Ser  
amici  
esse ex  
qui n  
quid  
loqui  
bus, n  
sas ve  
etiam  
I  
non  
hab  
com  
mnis

bent, vt ad alimentum & educationem necessaria hoc medio inueniant: Adultioribus ad res præclare agendas amicis opus est: sicut senibus ad obsequium & auxilium aduersus ætatis illius imbecillitatem. Præterea etiam diuites iis opus habent, vt per eos diuitias recte tueri facilius, & vt rectius valeant: Pauperes, vt ita egestati & miseriam illorum subueniant.

His ita subscripsit Cicero pag. 575. in *Lelio*:  
*De amicitia omnes ad vnum idem sentiunt, & ii, qui ad Remp. se contulerunt: & ii, qui rerum cognitione doctrinaque delectantur: & ii, qui suum negotium gerunt ociosi: postremo ii, qui se totos tradiderunt voluptatibus, sine amicitia vitam esse nullam sentiunt, si modo velint aliqua ex parte liberaliter vivere. Serpit enim nescio, quomodo per omnium vitam amicitia, nec vllam ætatis degenda rationem patitur esse expertem sui. Et ibid. Cui potest esse vita vitalis, qui non in amici mutua beneuolentia acquiescat? quid dulcius, quam habere, qui cum omnia sic audeas loqui, vt tecum? quis esset tantus fructus prosperis rebus, nisi haberes, qui illis æque actu gauderet? aduersas vero ferre difficile esset, sine eo, qui illas, grauius etiam quam tu, ferret.*

II. In prospera fortuna amicis est opus, non tantum honestis, sed etiam iucundis, vt habeamus, cum quibus felicitatem nostram communicemus, vnaque gaudeamus. Omnis ratio & institutio vitæ adiumenta hominum

deside-

*In prospera.*

desiderat: in primisq; vt habeat, quibuscum familiares conferre possis sermones, vt 2. offic. inquit Cic. Præterea quia, vt ait Ouid. 2. de arte amandi.

[Luxuriant animi rebus plerumque secundis,

[Nec facile est æqua commoda mente pati.

Ideo opus est amicis, qui fideli consilio modum nobis præscribant. Omnium, inquit Cic. 1. de finibus, quæ ad beate viuendum natura parauit, nihil est maius amicitia, nihil vberius, nihil iucundius: Cum solitudo sit vita sine amicis, insidiarum ac metus plena, ratio ipsa monet amicitias comparare, quibus partis conseruatur animus & à spe pariendarum voluptatum seiungi non potest.

In aduersa.

III. In aduersa fortuna amicis est opus, vt calamitatibus nostris subueniant. Lucret. lib. 3. Quo magis in dubiis homines spectare periculis Conuenit, aduersis que in rebus noscere qui sint: Nam veræ voces tum demum pectore ab imo Eiiciuntur, & eripitur persona, manet res.

Senec. Epist. 3. Vera amicitia est, quam non spes, non timor, non utilitatis suæ cura auellit. Multi sunt, qui non amicis, sed amicitia caruerunt. Hoc non potest accidere, cum animos in societate honesta capiendi par voluntas adfuerit. Sciunt enim ipsos omnia habere communia & quidem magis aduersa. Hic tamen illud Aristotelis præceptum est tenendum: In prospera fortuna statim aduocandum amicum, vt gaudii nostri fiat particeps. In aduersa vero tardius, & tum demum cum paruo suo detrimento plurimum nobis

emo-

emolu  
cetur,  
tristit

A

tate  
com

V

habea  
rus an  
possit

Hesiod

sis host

dum  
amic

I. In

non l

diffic

detra

vt flu

langu

guesc

vitæ

II. Ex  
clud  
tius  
quar  
hibe  
bos,



emolumentum adferre potest, ne si prius aduocetur, causam habeat immoderati doloris & tristitiæ.

*Sexta nota.*

Amicorum numerus ex commoditate conuictus & mutua officiorum communicatione est æstimandus.

**E X P L I C A T I O.**

Vitanda est igitur & ἀφιλία, ne scilicet nullos habeamus amicos, item πολυφιλία ne numerus amicorum maior sit, quam amicitia ferre possit: Quare, quod de Hospitalitate dicebat Hesiodus, μήτε πολύξεινος μήτ' ἄξεινος. Nec multorum sis hospes neque nullius: idem in amicitia tenendum. Amicorum autem multitudo in nulla amicitia commode haberi potest.

I. In amicitia utilitatis causa suscepta, locum non habet: quia simul pluribus velle largiri difficile est & facultatibus nostris multum detrahit. Nam auctore Plutarcho in Apophtheg. ut fluvius, in multos deductus rivus, fluit tenuis ac languidus, sic benevolentia in multos distracta languescit. Deinde impedimento est, quo minus vitæ actiones alias recte instituamus.

II. Ex amicitia iucunda multitudo etiam excluditur: quia nimis multi amici tædium potius quam voluptatem pariunt: non secus, quam condimenta ciborum, si moderate adhibeantur, suaues reddunt & delectabiles cibos, si nimia, nauseam pariunt.

*Quantus numerus amicorum habendus.*

*Multos amicos non esse habendos in amicitia.*

*1. Utili.*

*2. Iucunda.*

3. *Honestā  
in qua vix  
plures quā  
duo esse pos-  
sunt.*

III. In amicitia honesta, quæ proprie amicitia dicitur, multi esse non possunt, quia veræ amicitia officia pluribus simul præstari nequeunt: requiritur enim in vera & perfecta amicitia, ut simul familiariter conuersentur amici, omnia officia communicent, in omnibus consentiant, se mutuo summo amore complectantur, in vtraque fortuna sit *συμπάθεια*, compassio. Atque has habet rationes Aristot. *Eth. lib. 9. cap. 10.* At *lib. 8. cap. 6.* definit vix fieri posse, ut plures, quam duo veram colant amicitiam: eo, quod illa requirat amorem in summo gradu, vehementem, & longam consuetudinem, quæ omnia inter plures vix reperiuntur: *Est enim is amicus quidem, qui est tanquam alter idem. Cic. in Lælio.*

Amicitia est vel *Æqualis* vel *Inæqualis*.

*Amicitia  
diuisio in  
Æqualem,  
& Inæqua-  
lem.*

#### EXPLICATIO.

Diuisio hæc ex personarum dignitate est petita, quod scilicet amici aliquando dignitate sint pares, aliquando impares, & exstat apud Aristotelem *lib. 8. cap. 7.*

Amicitia æqualis est, qua plures dignitate, moribus & ætate æquales, ob boni alicuius amorem se mutuo amore prosequuntur.

*Æqualis  
amicitia,  
quid.*

#### EXPLICATIO.

Hæc illa est, quam suadet Ouid. 3. *Tristium.*  
*Viue sine inuidia mollesque inglorius annos.*

Exi-

Am  
Imp  
Pe  
tem  
se plu

Ve  
bono  
nulla p  
boni, n  
Nihil  
similit

II.  
ut vi  
vnde  
φίλον

amicu  
causa

III  
lib. 1.

rum d  
nomen

aliqui  
micit

& sta  
scilic

quar  
in Læ

*Exige; amicitias & tibi iunge pares.*

Amicitia Æqualis est Perfecta vel Imperfecta.

Perfecta est, qua viri boni ob virtutem ita se mutuo amant, vt alter nihilo se plus, quam alterum diligat.

E X P L I C A T I O.

Vera igitur & perfecta amicitia I. est inter bonos. *Omniū societatum, inquit, i. offic. Cic. nulla præstantior est, nulla firmitior, quam cum viri boni, moribus similes, sunt familiaritate coniuncti: Nihil enim amabilius, nec copulatius, quam morum similitudo bonorum.*

II. Coniunctio bonorum fit ob virtutem, vt virtus causa sit, quæ ad amorem impellat; vnde illud Pythagoræ τῶν δι' ἄλλων ἀρετῆ ποιεῖν φίλον ὅστις ἀείσοις (Optimus ex cunctis virtute paretur amicus.) Digni autem sunt amicitia, quibus in iis causa est, cur diligantur. *Cicer. in Læl.*

III. Est in amicitia necessarium (verba sunt Cic. libr. I. de legibus) vt alter nihilo sese plus, quam alterum diligat, quod si tantillum intersit, iam amicitia nomen occiderit, cuius est ea vis, vt simulatque sibi aliquid, quam alteri maluerit, nulla sit. Hæc illa amicitia est, quæ Honesta vocatur, quæ firma & stabilis est propter obiectum, honestum scilicet, quod semper intuetur, & virtutem, quam moderatricem habet. *Virtuti, inquit Cic. in Lælio, opera danda est, sine qua neq; amicitia neq;*

*Amicitia Æqualis in Perfectam & Imperfectam diuisio. Perfecta amicitia quid, in qua requiruntur tria, vt sit i. inter bonos.*

*2. Ob virtutem.*

*Amicitia qui digni. 3. Æqualiter se diligant.*

vllam

ullam rem expetendam consequi possumus. Ea vero neglecta, qui se amicos habere arbitrantur, tum se denique errasse sentiunt, cum eos grauis aliquis casus experiri cogit.

Nota amicitiae perfectae, I.

Officia perfectae amicitiae ex vera φιλαυτία sunt petenda.

EXPLICATIO.

Sic suadet Aristoteles cap. 4. & 8. lib. 9. Eth.

φιλαυτία est amor sui.

Estque duplex, Vera & Falsa.

φιλαυτία est, qua vir bonus animum suum maxime amat, eumque optimis bonis excolere studet.

EXPLICATIO.

1. Huiusmodi φιλαυτίαν viro bono concessam esse probat Aristoteles. I. Quia vir bonus non solum sibi ipsi bene vult, sed etiam benefacit, animum virtutibus, artibus & scientiis exornando.
2. Quia appetitum rectae rationi subiiciens pulcerrimum efficit partium animi consensum, vnde fit, vt libenter secum conuerfetur.
3. Quia vir bonus animi sui salutem imprimis amat. Huiusmodi (inquam) φιλαυτία in viro bono est laudanda, ad quam verae amicitiae officia exigi debent. Nam cum amicus sit vna anima in duob. corporibus habitans, sicut Aristoteles definisse amicum libr. 5. in eius vita

testis

φιλαυτίαν  
esse regulam  
vera amicitiae  
i. eam  
esse duplicem  
veram quid  
ea sit.

Et  
Viro bono  
concedi.

3.  
Amicus  
quis?

testis est  
tanquam

φιλαυτία  
tatibus  
bonis  
amor

Hæc  
quenti  
le audi  
Non e  
scet, se  
verba

Pe

Ra  
quia se  
lum in  
modu

Ra

Th

II.

rum v  
iudica  
cum d  
citiam  
postere  
cant,  
antib

testis est Laërtius: vir bonus hæc omnia amico  
tanquam sibi præstabit.

Φιλαυτία falsa est, qua improbi cupidi-  
tatibus indulgētes, in voluptatibus &  
bonis externis modū excedūt, ex eoq;  
amore, se variis scelerib<sup>9</sup> cōtaminant.

Hæc est illa φιλαυτία vitiosa, quæ, quia fre-  
quentior est, efficit, vt φιλαυτία in genere ma-  
le audiat, cum tamen reuera φιλαυτία non sit:  
Non enim qui se sceleri ob voluptatem immi-  
scet, seipsum amat, sed odit potius, cum non  
verba bona, sed apparentia tantum appetat.

Nota II.

Perfecta amicitia rara est.

EXPLICATIO.

Ratio huius redditur duplex *Ethic. lib. 8. c. 3.*  
quia scilicet I. huiusmodi amicitia colitur so-  
lum inter viros bonos, quorum numerus ad-  
modum est exiguus: vnde illud *Iuuen. Satyr. 13.*

*Rari quippe boni numero vix totidem, quot  
Thebarum portæ, vel diuitis ostia Nili.*

II. Quia in eam non recipiuntur, nisi quo-  
rum virtus longo tempore est explorata. *Cic. in  
iudicaueris, inquit Cic. in Læl. diligere oportet: non  
cum dilexeris, iudicare. Et Senec. epist. 3. post ami-  
citiã credendum est ante iudicandum: Illi verò præ-  
postere officia permiscet, qui cum amaerint, iudi-  
cant, & non amant cum iudicauerint. Diu cogita,  
an tibi in amicitiam aliquis recipiendus sit: cum pla-*

I

auerit

2. Falsam.

Perfecta  
amicitia  
ευτητα.

I.

2.

Ea vero  
um se de-  
uis casus

x vera

. 9. Eth.

imum  
ptimis

cessam  
us non  
efacit,  
is exor-  
ni sub-  
ni con-  
uerse-  
em in-  
vτία in  
amici  
micus sit  
at Ari-  
us vita  
testis

cuert fieri, toto illum pectore admitte. Ob has causas verum est illud, quod in Lelio ait Cic. quod ex omnibus seculis vix tria aut quatuor nominentur paria amicorum.

Nota III.

Perfecta amicitia quamuis stabilis sit, dissolui tamen potest, si vel alter amicorū deserta virtute peruerse improbus euaserit, vel virtute rebus gestis, aut aliis bonis ita alterum superauerit, vt propter mutatum vitæ institutum commode vna viuere, mutuaq; officia exercere non possint.

EXPLICATIO.

Quod stabilis sit hæc amicitia ex natura viri boni facile colligitur: Is enim sicut perpetuo sibi similis est, id est, constans in proposito honesto, ita etiam erga alios constans est in amore. Deinde vir bonus non facile aliquid admittit quod turpe sit, nec ab alio fieri postulat, sed potius pro viribus prohibet. *Vir bonus est, qui prodest, quibus potest, nocet autem nemini. Cic. 3. Offic.* Duplex autem est causa amicitiam dissoluendi: Vna, si alter insigniter improbus euaserit, nec spes vlla sit, illum ad frugem bonam reuocari posse: & merito tali amicitiae renunciatur, quia tum cessat amicitia, cum causa amicitiae initæ non amplius

est.

Amicitiam  
perfectam  
dissoluendi  
causa.

est. In  
virtut  
esse, e  
ca si v  
citiam  
effuge  
les ii f  
Imò v  
tudine  
quit P  
Et u, se  
dinis in  
tit: Sic  
illis ha  
contac  
cipua  
A  
com  
non p  
aut h  
inter

In  
que  
iniu

A  
fecta  
lib. 8  
dem l

est. Inicitur autem amicitia huiusmodi, propter virtutem, qua sublata, desinit ille vir bonus esse, eoq; amicitiae vinculum soluitur. Præterea si vir bonus cum huiusmodi improbo amicitiam coleret, nō posset improbitatis notam effugere: Tales enim homines habentur, quales ii sunt, cum quib<sup>9</sup> viuunt & conuersantur. Imò vix fieri potest, quin à malorum consuetudine labe aliqua adhæreat. *Torpedo piscis, inquit Plin. Nat. Hist. lib. 32. c. 1. haud nocet, nisi contactu, sed virus suum etiam ab ære per linum & arundinis internodia ad piscatoris manum mire transmittit: Sic improbi ac pestilētes haud nocent, si nihil cum illis habeas commercii; verum quacunq; consuetudine contacti, morum venena adflant.* Atque hæc præcipua est veræ amicitiae dissoluendæ causa.

Altera est vitæ inæqualitas tanta ac talis, vt commode officia virtutis inter se colere amici non possint: alioqui nulla potentia, dignitas aut honor eam debet amicitiam diuidere, quæ inter bonos est contracta.

*Nota IV.*

In amicitia perfecta nullus est locus querelis, calumniis, suspicionibus aut iniuriis.

**EXPLICATIO.**

Atque in hoc inter alia differt vera & perfecta amicitia à simulata, vt tradit Aristoteles lib. 8. cap. 4. Rationem autem hanc reddit eiusdem lib. cap. 13. quia hæc amicitia ita amicos sibi

*Tales homines haberi quales ii sunt cum quibus conuersantur. Consuetudinem malorum esse contagiosam.*

*In Amicitia perfecta non dari locum querelis.*

mutuo coniungit, vt certent quodammodo inter se officiis, studeantque quam plurimis se mutuo afficere; Hinc fit, vt nec querelis, nec suspicionibus talis amicitia sit obnoxia. Nam, vt quisque est vir bonus, ita difficilime esse alios improbos suspicatur, vt ait Cicer. ad Quint. Fratrem: in eandem sententiam Senec. epist. 3. Si aliquem amicum existimas, cui non tantum credis, quantum tibi, vehementer erras, & non satis nosti vim verae amicitiae.

Atque hæc de Amicitia perfecta.

Amicitia Imperfecta est, qua plures utilitatis vel iucunditatis gratia amore inter se coniunguntur.

#### EXPLICATIO.

Perfecta ab imperfecta amicitia differt obiecto in primis. Nam illa bonum honestum sibi proponit, quo accedunt vtile & iucundum. Hæc imperfecta vel utilitatem, vel iucunditatem tantum. Hæc autem amicitia ideo imperfecta dicitur, quia reuera amicitia non est, sed propter quandam, quam cum amicitia perfecta habere similitudinem videtur, amicitiae nomen habet, vt docet Aristotel. lib. 8. Eth. cap. 3. qui propterea eiusdem lib. c. 4. amicitiam per accidens hanc vocat, de qua sic Cic. 1. de Nat. Deor. Carum ipsum verbum est amoris, ex quo amicitiae nomen est deductum, quam si ad fructum nostrum referamus, non ad illius commoda quæ diligimus,

non

Amicitia  
imperfecta  
quid.  
Discrimen  
perfecta &  
imperfecta  
amicitia.

non erit  
tatum  
ligunt  
minun

A  
mun

H  
enim  
hom  
adul  
tater  
hend  
bus g  
rogat  
sent  
bis eff  
uii) E  
ce ita  
sint p  
pop  
conci  
dent  
dant  
vt p  
da f  
tere  
cari



non erit ista amicitia, sed mercatura quaedam utilitatum suarum. Prata & arua, & pecudum greges diliguntur isto modo, quod fructus ex iis capiuntur. Hominum caritas & amicitia gratuita est.

*Notæ Amicitia imperfecta, I.*

Amicitiam imperfectam ut plurimum colunt magnates.

EXPLICATIO.

Hoc ipsum docet experientia: Potentiores enim alios oblectationis gratia adhibent, ut homines facetos, moriones, scurras, lufores, adultores, & eiusdem farinae alios, ad hilaritatem conciliandam idoneos. Quod ita reprehendit Æneas Sylvius lib. 2. comment. de rebus gestis Alphonsi: *Fridericus Imperator interrogatus, an moriones in conuiuium intromittendi essent? neq; stultis (inquit) delectari possum, neq; superbis esse amicus. Non intelligunt hodie (verba sunt Syluii) Principes Friderici dictum, qui hac hominum fece ita delectantur, ut omnes aula stultorum & morionum sint plena. Quo pertinet & illud Plutarchi in Apophth. Tragediarum histrionib. choro opus; amicis concinnentibus, teatroq; applaudente. Sic qui gaudent adulatoribus nihil agunt, nisi sint qui applaudant. Alios autem adhibent utilitatis ratione, ut per eos negotia sua expediant, ac commoda sua promoueant. Quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operæ nostræ vicaria fides amicorum supponitur: quam qui*

*Amicitiam imperfectam à magnatibus coli.*

*Morionibus, adulatoribus non esse indutendum.*

lædit, oppugnat commune omnium præsidium, & quantum in ipso est, distrahit vitæ societatem: non enim possumus per nos omnia agere, alius in alia re est magis utilis, idcirco amicitia comparantur, ut commune commodum mutuis officiis gubernetur, ut ait Cic. pro Rosc. Amer. Multi etiam reperiuntur, qui subditos pro amicis habent, ad dignitates promouent, & ditescere sinunt, non alium in finem, quam ut ex illorum spoliis ipsi ditescant. Sicut de Dionysio dicebat Diog. Interrogatus enim, quemadmodum amicis vteretur Dionys. ut vasculis, inquit: cum plena sunt, euacuat, & vasa abiicit.

## Nota II.

*Amicitiam Imperfectam patere iniuriis, &c. ideo facile dissolui posse.*

Amicitia Imperfecta facile dat locum calumniis, iniuriis, & suspicionibus, ideo licet nonnunquam, propter respectus nonnullos, firma esse videatur, facile tamen dissolui potest.

## EXPLICATIO.

Tria hic sumus complexi: I. Amicitiam imperfectam facile patere iniuriis. II. quodam respectu stabilem dici posse. III. Facile dissolui, si cum perfecta amicitia conferatur.

Primum ostendit Arist. Eth. 8. c. 4. & 13. idque in vtraque specie, puta in amicitia tam utili, quam iucunda: & in utili quidem, quando quidem vterq; amicus omnia referens ad suum commodum, plura sæpe exigit, quam

alter

alter  
gitur  
trib  
qui b  
tum  
iucu  
nim  
iure  
cunc  
absti  
git, v  
S  
bus  
lib. 8  
ben  
II.  
stud  
nim  
tis,  
tum  
tur.  
cap.  
mu  
Cū  
sæ a  
litu  
am  
egi  
se t

alter aut velit, aut possit præstare. Quando igitur qui beneficium accipit non tantum retribuit, quantum se accepturum sperabit is, qui beneficium in alterum collocabat, ianua tum aperitur querelis & iniuriis. In amicitia iucunda rarius dissidia oriuntur: quamdiu enim sibi mutuo sunt iucundi, neuter de altero iure conqueri potest: Quod si sibi inuicem iucundi esse desinunt, à conuersatione possunt abstinere. Attamen sine iniuriis raro contingit, vt talis amicitia dissoluatur.

Secundo stabilem hanc esse amicitiam duobus maxime temporibus ostendit Aristoteles *lib. 8. c. 4. I.* Cum vtrunque fit par officiorum & beneficiorum in eodem genere compensatio. *II.* Cùm ex longa conuersatione, morum & studiorum similitudo est contracta. Tum enim fit, vt non solum utilitatis aut iucunditatis, sed & personarum habeatur respectus, sed tum in veram & perfectam amicitiam transitur.

Tertio dissolui posse probat Aristoteles *lib. 9. cap. 3.* duabus maxime de causis. *I.* cum amici mutuo sibi desinunt esse iucundi vel utiles: Cùm enim utilitas vel iucunditas fuerint causæ amicitiam talem ineundi, illis sublatis, tollitur vna ipsa amicitia. *II.* Cùm obseruamus amicum callide & fraudulenter nobiscum egisse, & aliud in amicitia contrahenda præ se tulisse, quam reuera senserit: *Qui fortunis*

*Amicitia  
Imperfecta  
quando &  
quamdiu  
firma.*

*Soluitur a-  
micitia im-  
perfecta.*

*I.*

*II.*

*Amicitiam  
iucundam  
solus.*

*alicuius inducti, amicitiam eius sequuti sunt, hi simul atque fortuna elapsa est, deuolant omnes: Cum enim recessit res ea, quæ fuit consuetudinis causa, nihil superest, quare possint in amicitia retineri. 4. ad Heren. Tres præterea adducit Aristot. lib. 8. cap. 3. rationes, quibus probat amicitiam iucundam mutabilem esse, quarum I. petitur ab eorum natura, inter quos hæc amicitia colitur: Iuuenes enim sunt, qui hac amicitia gaudent, ut plurimum: Hi autem natura sunt inconstantes & mutabiles, quare de Iuene Horatius in arte Poëtica inter alia hoc ait:*

*Cupidusq; & amata relinquere pernix.*

*II. Quia ipsæ voluptates momentaneæ & fluxæ sunt. Fluit voluptas, inquit Cicer. 2. de finib. & prima quæque euolat: sæpiusq; relinquit causas poenitendi, quam recordandi. III. Quia adfectus sunt mutabiles, & hominem modo huc, modo illuc impellunt: Cupiditates sunt instabiles, quæ non modo singulos homines, sed vniuersas familias evertunt, totam etiam labefactant Remp. Ex cupiditatibus odia, dissidia, discordiæ, seditiones, bella nascuntur: nec hæ sese foris solum iactant, nec tantum in alios cæco impetu incurrunt, sed intus etiam animo incluse inter se dissident atque discordant, ut auctor est Cic. lib. 1. de finib.*

*Amicitia  
imperfecta in  
utilem & iu-  
cundam parti-  
tio.*

*Amicitia v-  
tilis quid.*

*Amicitia imperfecta est utilis vel iucunda. Aristot. lib. 8. cap. 3.*

*Amicitia utilis est, quæ ppter quæstû*

*plures*

plur

tita;

æter

fenil

ami

mici

Turp

V

Cura

E

Nec

V

Ips

N

Nil

S

At r

V

eima

dar

illa

A

con

cto

fic

ren

fic

ren

fic

ren

plures inter se amore coniunguntur.

EXPLICATIO.

Ab obiecto & hæc amicitia nomen est sortita; quod vtilitatem seu lucrum semper spectet. Vnde Aristotel. lib. 8. c. 3. & 6. in senibus & senili vitio, id est, auaritia laborantibus, hanc amicitiam præcipue reperiri asserit. De hac amicitia sic Ouid. lib. 2. de Ponto, Eleg. 3.

*Turpe quidem dictu, sed si modo vera fatemur,*

*Vulgus amicitias vtilitate probat.*

*Cura quid expediat prior est, quam quid sit honestum,*

*Et cum fortuna statq; caditq; fides:*

*Nec facile inuenies multis de millibus vnum,*

*Virtutem pretium qui putet esse sui.*

*Ipsæ decor recti, facti si premia desint,*

*Non mouet, & gratis pœnitet esse probum.*

*Nil nisi quod prodest carum est: en detrahe menti*

*Spem fructus auide, nemo petendus erit.*

*At reditus iam quisque suos amat, & sibi quid sit*

*Vtile, sollicitis computat articulis.*

Amicitia vtilis est Moralis vel Legitima.

EXPLICATIO.

Hanc tradit Aristot. lib. 8. c. 13. diuisionem à dandi & reddendi beneficia ratione petitam, illam ἡθικὴν, hanc νομικὴν appellans.

Amicitia vtilis Moralis est, in qua beneficia communicantur & compensantur, non ex pacto, sed ex amicorū beneuolentia & arbitrio.

Amicitia legitima est, in qua beneficia cōmunicantur certa lege & pacto remunerandi

*Amicitia vtilis in Moralem & Legitimam diuisio.*

*Amicitia vtilis.*

*Moralis quid.*

*Amicitia legitima quid.*

## EXPLICATIO.

Hoc igitur imprimis differt Moralis à legitima amicitia, quod in hac pactū intercedat, ex eoque pendeat remuneratio: in illa nullum sit pactum, nec aliunde, quam à volūrate reddentis pendeat beneficii compensatio.

Amicitiam huiusmodi legitimam negotiationem vocat Seneca non amicitiam.

Amicitia Legitima est Stricta vel Liberalis.

Stricta seu Forensis est, in qua beneficii compensatio statim fit.

## EXPLICATIO.

Hanc vocat Aristot. ἀγορεῖαν, Forensis seu Mercatoriam, quod sicut ementes & vendentes in foro seu mercatu paria paribus statim reddunt: Emtores enim vendentibus de manu in manum pro mercibus, nulla interposita mora, iustum pretium numerant; ita tales beneficia beneficiis nulla habita inuicem fide, commutant.

Amicitia legitima Liberalis est, in qua beneficii compensatio ad tempus differtur.

## EXPLICATIO.

Liberalis hæc dicitur amicitia, respectu amicitia strictæ: nam in se considerata liberalis non est, cum beneficii compensationem omnino exigat, licet ad tempus differat, vel propter creditoris fidem, vel præsentem in-

digen-

*Amicitia Legitima in Strictam & Liberalem diuisio. Amicitia Stricta quid.*

*Amicitia Liberalis quid.*

*Cur Amicitia hæc dicatur Liberalis.*

digen  
possi  
tæ no  
lesq; su  
neficiu  
tatem  
cti, sea  
expete

A  
volu  
iung

H  
aucto  
volup  
mutu  
inuic  
hanc  
cap. 6.

les &  
tione  
risto  
ræ an  
vtilis  
mine  
amic  
tur: c  
cos p  
vtile

digentiam, quod illud statim compensare nō  
possit: sed totum hoc amicitiae genus amici-  
tiae nomen vix meretur. *Vt enim benefici libera-  
lesq; sumus, non vt exigamus gratiam (neq; enim be-  
neficiū fœneramur, sed natura propensi ad liberali-  
tatem sumus) sic amicitiam non spe mercedis addu-  
cti, sed quod omnis eius fructus in ipso amore inest,  
expetendam putamus, Cic. ex Lelio.*

Amicitia iucunda est, quā propter  
voluptatem plures inter se amore cō-  
iunguntur.

## EXPLICATIO.

Hanc amicitiam in primis colunt iuuenes, vt  
*auctor est Aristot. lib. 8. c. 3.* Illi enim actiones suas  
voluptate, vt plurimū, metiuntur, ac propter  
mutuam conuersationē eam expetunt, qua se  
inuicem oblectare possint. Senes econtra ad  
hanc amicitiam minus sunt idonei, vt *eiusdē libri  
cap. 6. ostendit Aristot.* Sunt enim morosi, diffici-  
les & queruli, ideoque ad iucundas conuersa-  
tiones inepti. Licet autem ibidem probet A-  
ristot. hanc amicitiam propius ad naturam ve-  
ræ amicitiae accedere, quā accedat illa altera,  
utilis dicta, eo quod ingenua sit magis, & ho-  
mine liberaliter educato dignior, cum vtilem  
amicitiam homines auari ac sordidi secten-  
tur; deinde quod beati iucundos potius ami-  
cos propter conuersationem expetant, quam  
vtilis, cum nulla re egeant: licet (inquam)

*Iucunda a-  
micitia quid.*

*Qui eam co-  
lant.*

*Iuuenem &  
senū natura.*

hoc

hoc verum sit, tamen cum vera amicitia comparata, vilescit prorsus & evanescit. *Ab iis, inquit Cicer. in Cael. qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longe dissentimus, Nec mirum: nihil enim altum, nihil magnificum ac diuinum suspicere possunt, qui suas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem tamq<sup>3</sup> contemtam.*

Atque hæc de amicitia æquali.

Amicitia inæqualis est, qua plures bonis externis, dignitate, virtute, aut ætate inter se differentes, amore coniunguntur.

EXPLICATIO.

Non ideo inæqualis dicitur hæc amicitia, quod morum aut officiorum similitudo in ea non reperiatur, sed quia personarum dignitas, ætas, vel vitæ institutum est diuersum. Ideo *lib. 8. cap. 7.* ostendit Aristoteles, inter æquales etiam posse coli veram amicitiam, si scilicet officiorum & beneficiorum compensatio fiat secundam proportionem Geometricam, vt singulis pro dignitate tribuatur; vt scilicet is, qui dignitate, opibus, aliisque rebus est superior, eo maiore honore, obsequio, aliisque officiis colatur; quo modo amicitia inæqualitas tollitur, & amicitia stabilitur, vt etiam *diuisdem lib. cap. 8. edocetur.*

Amicitia inæqualis est vel Naturalis, vel Communicatiua.

Inæqualis  
amicitia  
quid.

Inæqualis a-  
micitia in

EXPLI-

Sic  
κην, h  
A  
tura  
E  
A  
guin  
Ha  
κην, q  
E  
cogr  
A  
tes &  
Ha  
lis est  
sona  
allega  
pare  
pare  
l. Pa  
quan  
Pare  
liber  
subst  
Pare



## EXPLICATIO.

Sic habet Aristotel. *lib. 8. cap. 12.* Illam φυσικὴν, hanc κοινωνικὴν & πολιτικὴν appellans.

Amicitia Naturalis est, quā ipsa naturalis inclinatio hominibus cōciliat.

Estq; vel Cognata vel Coniugalis.

Amicitia Cognata est, quæ ex sanguinis cognatione oritur.

## EXPLICATIO.

Hanc vocat Aristoteles loco citato συγγενικὴν, quod in ea sit generis seu stirpis cognatio.

Estq; vel Paterna vel Fraternalis vel cognata, Specialiter sic dicta.

Amicitia paterna est, quæ inter parentes & liberos ex φιλαυτία nata cernitur.

## EXPLICATIO.

Hæc amicitia, licet amoris respectu æqualis esse debeat, inæqualis tamen est, tam personarum, quam amoris, habita ratione, ut loco allegato docet Aristoteles. Maior enim est amor parentum in liberos, quam liberorum in parentes, quod his argumentis euincitur.

I. Parentes melius sciunt liberos esse suos, quam liberi sciunt, eos suos esse parentes. II. Parentes liberis firmiter sunt coniuncti, quam liberi parentibus, quia liberi ex parentum substantia sunt procreati, non contra. III. Parentes liberos diutius amarunt, quam hi

Naturalem  
& Communica-  
tiam  
diuisio.

Amicitia  
Naturalis  
quid & quo-  
tuplex.

Amicitia  
Cognata  
quid.

Amicitia  
Cognata in  
Paternam,  
Fraternalis  
& Cognata  
tam diuisio.

Paterna A-  
micitia quid.  
Maiorem esse  
parentum in  
liberos, quam  
liberorum in  
parentes a-  
morem, pro-  
batur:

I.

II.

III.

illos.

Cur matres  
vehementius  
ament libe-  
ros, quam  
patres.

illos. Parentes enim liberos suos simul, atque in lucem eduntur, amare incipiunt, cum liberi parentes non prius ament, quam illos norunt, quod non nisi post aliquot annos contingit. Hæc etiam eadem sunt causæ, cur matres vehementius liberos ament, quam patres. Causa huius amicitia assignatur φιλαυτία. Sunt enim liberi de parentum substantia, à quibus non solum vitam, sed & vitæ subsidia, ut nutrimentum, educationem, institutionem, & alia ad bene beateque viuendum necessaria, accipiunt. Hinc igitur mutuus amor nascitur, parentes in liberos tanquam in partem aliquam sui, & liberorum in parentes, tanquam in eos, à quibus omnia habent. Liberiorum in parentes egregium exstat apud Liuium *Decad. i. lib. 6.* exemplum de Coriolano, qui cum merito iratus ingrato populo Romano exitium vrbi moliretur, nec à legatis, nec à sacerdotibus exorari posset, Veturia mater, vna cum vxore filii, ac liberis in castra venit, in cuius complexum cum accurreret Coriolanus, Sine, inquit illa, prius sciam, vtrum ad hostem, an ad filium venerim, & vtrum captiua, an mater in castris tuis sim? Hæc aliaq; cum dixisset, matrem complexus: expugnasti, inquit, & viciisti iram meam. Patria, te quamuis mihi merito inuisam, huius precibus dono.

Parentibus à  
liberis exhibendum esse.

Parentibus debetur honor & vitæ subsidia.

EXPLI-

D  
tribu  
feren  
metri  
mone  
mi pa  
Plan  
secus  
cap. 3  
rapat  
& ber  
II  
πίνε  
conci  
spons  
Ar  
tres  
tur.

Pl  
frate  
æqua  
conu  
tis co  
bus i  
F  
cior  
mor

## EXPLICATIO.

Dum Aristotel. lib. 9. cap. 2. quid singulis sit tribuendum ostendit, hæc duo parentibus deferenda demonstrat: I. Honorem, quare Demetrius Phaleræus, teste Laërtio lib. 5. adolescentes admonebat, ut in solitudine seipsos, in via obuios, & domi parentes diligenter reuererentur. Et Cicero pro Planco, Parentem ut Deum vereri, atque non multo secus ac parentes liberos amare debemus. Et Ecclesiast. cap. 3. In opere, & sermone, & omni patientia honora patrem tuum, ut superueniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius in nouissimo maneat.

1. Honorem.

II. Vitæ subsidia, quæ Arist. vocat τὰ θε-  
πλήσια, alimenta. Parentibus nos primum natura conciliat, quos non alere nefarium est. Cicer. de respons. Arusp.

2. Vitæ subsidia.

Amicitia Fraternalis est, quæ inter fratres propter communem originem colitur.

Amicitia Fraternalis quid, &amp; quæ causa eius.

## EXPLICATIO.

Plures quidem tradit Aristoteles lib. 8. c. 12. fraternæ amicitiaæ causas, ut est ὁμηλικία ætatis æqualitas: σωτηροφία communis educatio & conuictus, at tamen præcipua causa est ἡ τελευτώτης communis origo generis. Idem de sororibus iudicandum.

Fratribus debetur communio officiorum & libertas in consiliis ac admonitionibus.

Quid fratres sibi mutuo debeant.

EXPLI-

PLI-

## EXPLICATIO.

*Lib. 8. cap. 2. hæc habet Aristoteles, asseritq; , non solum fratribus, sed & sodalib<sup>9</sup> hæc præstari debere. Qua de re sic Rabinus super vltimum cap. Matth. Vera fraternitas est, quæ fratrem veneratur deuotum, corripit dissolutum, quæ presenti obsequitur, absentem non rodit, sano applaudit, infirmum non deserit, placatum non prouocat, iratum, vt maiorem metuit.*

*Amicitia cognata quid.*

Amicitia cognata specialiter sic dicta est, quam cognati & agnati, ppter sanguinis cognationem colunt.

## EXPLICATIO.

Tanto firmior hæc amicitia esse solet, quanto cognati & agnati primo auctori suæ originis sunt propinquiores.

*Amicitia coniugalis quid.*

Amicitia coniugalis est, quã natura per matrimoniũ inter aliquos cõciliat.

## EXPLICATIO.

Hanc vocat Aristotel. *lib. 8. cap. 12. γαμικὴν*, nuptialem, quia ex nuptiis oritur.

*Amicitiam coniugalem esse, vel coniugum, vel affinium. Amicitia coniugum quid.*

Estque vel coniugum, vel affinium. Amicitia coniugum est, quæ inter coniuges, ad sobolem procreandã, & mutuum auxiliũ præstandum colitur.

## EXPLICATIO.

Causa efficiens huius amicitiaẽ antea est

expres-

expres  
Diony  
ctam  
tis ma  
posse a  
Pluta  
Fi  
proci  
vtru  
dian  
fructu  
te Ci  
tioner  
prom  
per D  
lamp  
A  
fine  
con  
A  
ex f  
rum  
& f  
fimi  
C  
com  
gnun  
auter

expressa, ipsa scilicet natura: Hinc est, quod Dionysius senior, cum videret matrem etate confectam secundo nubere velle, & eam ob causam à multis male audire dixerit, ciuitatis legibus vim quidem posse adferri, naturæ vero nequaquam posse, vt refert Plutarchus.

Finis hic duplex statuitur. Primo sobolis procreatio: Secundo mutuum auxiliū. Quem vtrumq; etiam Sactæ literæ tradunt. Et Claudianus in Eutropio lib. i. ita expressit: *Nascitur ad fructum mulier, prolemq; futuram.* Plato referente Cicerone 2. de legib. *Ex nuptiis hanc consolationem oriri dicebat, quod naturæ perpetuitas inde promoueatur, & quod filios filiorum relinquendo semper Deo ministros pro nobis relinquamus, vitam ceu lampadem aliis post alios tradentes.*

Amicitia affinium est, quæ inter affines ex nuptiis orta, & consuetudine confirmata colitur.

Amicitia communicatiua est, quæ ex societate orta propter ciuilem rerum communionem inter magistratū & subditum, dominum & seruum, & similes colitur.

#### EXPLICATIO.

Causa efficiens huius amicitiae est societas communis, Atque vt placet Stoicis, quæ in terris gignuntur, ad vsum hominum omnia creari, homines autem hominum causa esse generatos: vt ipsi inter se

*Coniugii finis duplex, sobolis procreatio mutuum auxiliū.*

*Amicitia affiniū quid.*

*Amicitia communicatiua quid.*

*alii aliis prodesse possint. In hoc naturam ducem debemus sequi; & communes utilitates in medium adferre, mutatione officiorum, dando accipiendoque, tum artibus, tum opera, tum facultatibus deuincire hominum inter homines societatem. Cicer. 1. Offic.*

Finis est rerum ciuiliū communio: Vnde Cicero *ibidem* ait: Homines hominum causa sunt procreati, ut ipsi inter se alii aliis prodesse possent.

Colitur autem hæc amicitia partim inter magistratum & subditum, partim inter dominum & seruum. De vtrisque sic Cic. *ad Q. Frat. Epist. 1.* Huc omnia sunt referenda iis qui præsent aliis, ut qui eorum in imperio erunt, sint quam beatissimi. Estque non modo eius, qui sociis & ciuibus, sed etiam eius, qui seruis, qui mutis pecudibus præsit, eorum, quibus præsit, commodis utilitatiq; seruire.

Inuenitur autem hæc amicitia & inter alios, ut inter senes & iuuenes, pauperes & diuites, præceptores & discipulos, aliosq; sed singula recensere maioris esset laboris & operæ, quam præsens institutum permittit.

### LIBER III.

#### DE VIRTUTE IN SPECIE.

##### CAP. I.

##### DE FORTITVDINE.

**S**IC fuit virtus in genere, sequitur virtus in specie, ac primum virtus Moralis perfecta.

EXPLI-

Sic  
ita lib  
gener  
separa  
virtut  
Mora  
lem in  
Quar  
hic ex  
Vi  
gube  
ris, v

Di  
fectu  
fectus  
mum.  
concu  
di per  
presse  
tutum  
quoq;  
que v  
re. S  
varior  
tum:  
templa  
Ration

## EXPLICATIO.

Sic Methodi nostræ ratio postulat, quam ita libro superiore instituimus, ut de virtute in genere primū ageremus; deinde species eius separatim explicaremus. Præmissimus ibidem virtutis generalem diuisionem in virtutem Moralem & Intellectualem; deinde Moralem in Perfectam & Imperfectam secuius. Quare de perfectæ virtutis speciebus, locus hic exigit, ut dicamus.

Virtus Moralis perfecta cernitur in gubernatione affectuum vel Corporis, vel Animi.

## EXPLICATIO.

Diuisio hæc ab obiecto sumitur, sicut ex affectuum explicatione patet. Omnes enim affectus, vel ad corpus pertinent, vel ad animum, quarum primum genus ad appetitum concupiscendi, alterum ad appetitum irascendi pertinet, sicut de voluptate *Eth. 3. cap. 10.* expresse dicitur. Hinc fit, ut in singularum virtutum explicatione necessarium sit, affectum quoque peculiarem, circa quem vnaquæque virtus est occupata, singillatim explicare. Sed & illud sciendum est, varias existare variorum Philosophorum diuisiones virtutum: Nam quidam virtutes duas esse aiunt: Contemplatiuam & Practicam, ut Panætius. Alii tres: Rationalem, Naturalem & Moralem. Quatuor Pos-

sidonius: plures Cleantes, Chrysippus & Antipater. Apolophanes vero vnam dicit esse virtutem prudentiam, vt refert Laërt. lib. 7. de vit. Philos. Stoici vt ibidem meminit Laërt. dicebant, alias virtutes esse primas: vt Prudentiam, Fortitudinem, Iustitiam, Temperantiam: alias his subiectas, vt Magnanimitatem, continentiam, tolerantiam, &c. Plato in Perfectas & Imperfectas diuidebat. Ad Perfectas reuocans quatuor illas vulgo Cardinales virtutes dictas: Quam sententiam & Cic. sequitur: Reliquas virtutes vt imperfectiores eo referens. Diuisionis huius meminit Laërt. lib. 3. in vit. Platon. & Cic. 1. Offic. Nobis tamen tutius visum est Aristotelem sequi, qui virtutes mentis à voluntatis virtutibus separans singulas separatim explicat.

Virtus in gubernatione affectuum ad corpus relatorum, respicit vel pericula, vel sensus corporis.

Virtus quæ respicit pericula Fortitudo dicitur.

Fortitudo est vel Vera, vel Apparēs.

#### EXPLICATIO.

Sic diuidit eam Aristotel. Eth. lib. 3. cap. 8.

Fortitudo Vera est virtus mediocritatem seruans in iis, quæ metum aut fiduciam in periculis honestatis causa vel ad eundis, vel perferendis adferre possunt.

*Fortitudo  
vera quid.*

EXPLI-

V  
sumi  
ris ac  
bus m  
cuius e  
& 28.  
tes, cu  
fuit C  
Fastor  
iuuene  
lemus,  
quan  
quor  
quod  
pro e  
in sus  
Aristo  
Di  
vel &  
Tuscu  
muner  
tio. V  
fortis  
est, at  
despic  
excell  
huma  
D  
licet



## EXPLICATIO.

Vocabulum Fortitudinis non vno modo sumitur. Nam aliquando pro robore corporis accipitur, vt dum artubus validis, firmioribus musculis & membris quispiam præualet, cuius exempla exstant apud Plinium lib. 7. cap. 20. & 28. Talis fuit Hercules, & Milo Crotoniates, cuius meminit Gell lib. 15. cap. 16. Talis etiam fuit Cacus, de quo Virgil. 8. Æneid. & Ouid. lib. 1. Fastor. Hoc sensu Bion dicebat, Fortitudine dum iuuenes sumus, vtimur, & senescentes prudentia valemus, referente Laërt. lib. 4. de Vit. Philosoph. Aliquando generaliter significat contemptum quorumcunque periculorum, ita, vt audaciæ quoque competat, sed proprie hic sumitur pro ea virtute, per quam res magnæ geruntur in susceptione periculorum, ita vt lex iubet, Aristot. lib. 1. Rhet. cap. 9.

Dicta est autem fortitudo Græcis ἀνδρεία, vel ἀπὸ τοῦ ἀνδρῶ, à viro, quia, vt auctor est Cic. Tusculan. 2. viri propria maxime est fortitudo, cuius munera duo maximè sunt, mortis dolorisq; contem-  
tio. Vel quasi ἀναρπών sine fluxu, eo quod vir fortis animo sit infractò. Nam qui magno animo est, atque forti, omnia quæ cadere in hominè possunt, despicit, & pro nihilo putat: Atque iste vir altus atq; excellens, magno animo verè fortis, infra se omnia humana ducit. Cic. 3. de Finib.

Definitio ex lib. 3. Ethic. cap. 6. est desumpta, licet totidem verbis ibi non exstet, comple-

Vocabuli  
fortitudinis  
variae signi-  
ficationes.

I.

II.

III.

Fortitudo  
unde dicta  
sit.

ctiturque Genus, obiectum, & finem. *Genus* est virtus in mediocritate posita, quæ libro superiori est explicata.

Fortitudinis  
obiectum est  
se pericula  
qua sunt vel  
audenda,  
vel formi-  
dab. l. a.

Obiectum sunt pericula, quæ homini metum aut fiduciam incutere possunt. Finis est, ut honestatis causa huiusmodi pericula suscipiantur.

Obiectum fortitudinis sunt formidabilia & audenda, magis tamen formidabilia, aliquando enim τὰ φοβερά, timenda homini obiiciuntur, aliquando vero τὰ θαρραλέα, audenda seu quæ fiduciam conciliant.

In utrisque virum fortē esse occupatum, asserit Arist. lib. 3. c. 9. cap. autem 6. eiusdem libri fateatur, in formidabilibus magis versari, idque propterea, quod in iis præsertim animi vis & robur cernatur: Siquidē ea imprimis animos hominum perturbant. Vnde 1. Off. Cicer. *Ea, quæ eximia plerisque, & præclara videtur parvi ducere, eaque ratione stabili, firmaque contemnere, fortis animi, magnique ducendum est: & ea, quæ videntur acerba ita ferre, ut nihil à statu nature discedas nihil à dignitate sapientis, robusti animi est magnaque constantia.*

Formidabilia sunt vel  
ὑπὲρ ἀν-  
θρώπων, vel  
κατ' ἀν-  
θρώπων.

Formidabilia autem duplicia sunt, alia ὑπὲρ ἀνθρώπων, supra hominem, quæ nimirum maiora sunt, quam ut possint aut debeant ab homine sana mente

prædito

præc  
ta &  
iran  
exu  
& in  
ræ n  
desi

T  
contr  
ta ma  
dem r  
struct  
tos. I

Ali  
quæ  
paup  
Atque  
induc  
quoru  
critu  
quæ i  
clari  
mul  
veri,  
extr

E  
cia.

ma

prædito contemni, ut sunt ea portenta & extraordinaria prodigia, quæ Dei iram manifeste denunciât; veluti sunt exundationes extraordinariæ, magnæ & incitatae tempestates, fulmina, terræ motus, &c. quæ qui contemnit, aut desipit, aut *ἀθεσβία* est.

Tales fuerunt Psylli, quos refert Herodot. lib. 4. contra Austrum, ut ventū illis nimis infestum, armata manu profectos, sed arena obrutos stultitiæ mercedem reportasse. Ælian. lib. 12. c. 23. refert, Celtas instructa acie maris exundantis æstum reprimere conatos. In his autem fortitudo proprie locum non habet.

¶ Alia sunt κατ' ἀνθρώπων secundum hominē; quæ scil. ab homine sustineri possunt, ut sunt paupertas, orbitas, morbus, mors deniq; ipsa. Atque postrema hæc respicit fortitudo. Si qui inducant animum (inquit Cicer. 5. Tuscul. quæst.) illa quorum splendore capiuntur, vires, valetudinem, pulcritudinem, diuitias, honores, opes, contemnere, eaque quæ iis contraria sunt, pro nihilo ducere, tum poterūt clarissima voce profiteri, se neque fortuna impetu, nec multitudinis opinione, nec dolore, nec paupertate terri, omniaq; sibi in sese esse posita, neq; esse quicquam extra suam potestatem, quod ducant in bonis.

Extrema fortitudinis sunt Metus & Audacia.

Metus seu timor est dolor ex cogitatione mali impendentis, quod aut molestiam aut

Fortitudinis  
extrema.

Metus quid.

perniciem adducere videatur, in confidendo deficiens,

## EXPLICATIO.

Definitio est Aristotel. lib. 2. Rhet. cap. 5. Nec multum abest ab ea, quam refert Laërt. lib. 7. quam Stoicis adscribit, *timor est metus impendentis mali*, quod 4. Tuscul. imitatus est Cic. Est enim metus, *vt aegritudo presentis, sic ille futuri mali*. Non quiuis metus hic definitur, verum is, qui modum excedit, sicut Ethic. 3. cap. 7. dicitur, *qui metuendo modum egreditur, is ignauus timidusq; appellatur: Nam & quæ metuenda non sunt, quæque sunt, eiusdem generis omnia eum consequuntur, deficit etiam in confidendo.*

Audacia est nimia fiducia in periculis subeundis: ex arrogãtia quadam, sine ratione.

## EXPLICATIO.

Definitionem hanc ex Eth. 3. cap. 7. colligimus, vbi audaciam seu temeritatem cum fortitudine ita comparat Aristotel. vt statuat, *audaces temere, ac sine ratione pericula adire, in ipsis tamen periculis constantiam non prestare: & ante pericula esse præcipites, minaces ac iactabundos, in periculis vero animũ remittere, resiliire & deficere. Sic autem lib. 2. cap. 2. describit Aristot. qui (inquit) nullum omnino timet periculum, sed adit, is audax est.*

Finis Fortitudinis est honestas.

EXPLI-

Metus &  
Ægritudo  
est presentis  
& futuri  
mali.

Audacia  
quid.

Fortitudinis  
finis quis.

Na  
tendu  
stum ip  
tutem  
exstat  
qui cu  
Pyrrhi  
mitter  
pollicer  
Domini  
dicus s  
Ille est  
à cursu

Fo  
vel B

Ha  
i. Offic  
nes n  
etiã q  
Fo  
uerf  
stat i

Ha  
cat. I  
Fortit  
fectio

## EXPLICATIO.

Nam quicquid præter id quod honestum sit, expectandum esse duxeris, in bonisq; numeraueris: & honestum ipsum, quasi virtutis lumen exstinxeris: & virtutem penitus euerteris, Cic. 3. de Finibus: Exemplū exstat apud Eutropium lib. 2. de Gaio Fabricio, qui cum vicina Pyrrhi regis castris haberet, Medicus Pyrrhi, Niceas nomine ad Fabricium venit nocte promittens veneno Pyrrhum se occisurum, si sibi aliquid polliceretur: Quem Fabricius vinctum reduci iussit ad Dominum, dicens Pyrrho, quæ contra caput eius Medicus spondisset. Tunc rex admiratus dixisse fertur: Ille est Fabricius, qui difficilius ab honestate, quam Sol à cursu suo auerti potest. Vide Gell. lib. 3. c. 8.

Fortitudo vera est vel Domestica, vel Bellica.

## EXPLICATIO.

Hanc Bellicam vocat Cicero Militarē, lib. 1. Offic. Sunt ergo, inquit, domesticæ fortitudines non inferiores militaribus; in quibus plus etiā quam in his operæ studiiq; ponendū est.

Fortitudo Domestica est, quæ in aduersis prosperisq; rebus animum præstat immotum.

## EXPLICATIO.

Hæc illa est virtus, quam frequenter inculcat. Itaq; Cicero 4. Tuscul. quæst. ita eam definit: Fortitudo est scientia perferendarum rerum, vel affectio animi in patiando, & perferendo, summa legi

Fortitudinis  
vera in Do-  
mesticam &  
Bellicam  
diuisio.

K 5

parens

*parens sine timore. Et 1. Off. Fortis vero animi & constantis est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu deiici, ut dicitur, sed presenti animo uti & consilio, nec a ratione discedere. Et Horatius lib. 2. Ode 10.*

*Rebus angustiis animosus atque  
Fortis appare: Sapienter idem  
Contrahes vento nimium secundo  
Turgida vela.*

*Fortitudo  
bellica quid.*

Fortitudo Bellica est, qua mortem bellicam honeste oppetere vir fortis non dubitat.

EXPLICATIO.

Differunt igitur Domestica & Bellica fortitudo, obiectis in primis, quod hæc mortem bellicam, in eaque adeunda, pericula habeat proposita, illa aliam mortem, pericula & aduersa, hæc in bello, illa in pace præcipue emineat. Hæc autem bellica fortitudo apud omnes scriptores est celeberrima, quam & pulcherrimam & honestissimam putarunt: quippe pro aris & focis (ut dicitur) ab ea certamē instituitur: nimirum pro religionis, patriæ, parentum, legum, coniugum & liberorum defensione. Hoc Codrum Atheniensium Regem mouet, ut cum in bello Peloponnesiaco accepisset oraculum, victricem fore gentem, cuius princeps bello periret gregarium se fingens militem, inimicis se occidendum præbuerit. Publius Decius primo pater, postea filius in magistratu se pro Republ. deuouerunt, Frontinus lib. 4. cap. 5.

Hinc

Huc il  
vniuer  
dare, c  
crare d

Fo  
luntu  
appa

Præ  
Vera  
respic  
excita  
dit.

Fo  
vel M  
ciari

Ha  
lib. 3. c  
etiam  
F  
sing  
prop

D  
ficien  
sub o  
sa fir  
præ

Huc illud Ciceron. 2. de Legib. *Respublica nomen vniuersæ ciuitatis est, pro qua mori, & cui nos totos dare, & in qua omnia nostra ponere & quasi consecrare debemus.*

Fortitudo Apparens est, qua impelluntur quidam ad pericula subeunda apparente aliquo, & specioso nomine.

*Apparens fortitudo quid.*

## EXPLICATIO.

Præcipuum hic discrimen à fine petitur: Vera enim fortitudo honestatem perpetuo respicit & intuetur: apparens vero aliis causis excitatur, & prope ad naturam audaciæ accedit.

Fortitudo apparens vel est Ciuilis, vel Militaris, vel iracunda, vel fiducia, vel inscia.

*Fortitudinis apparentis diuisio, in 5. Species, quarum I. Fortitudo ciuilis, quia ea,*

## EXPLICATIO.

Hæ quinque numerantur ab Aristotel. *Eth. lib. 3. cap. 8.* fortitudinis apparentis species, quas etiam singulatim ita describit.

Fortitudo Ciuilis est, quam leges à singulis ciuibus in propugnanda patria, propositis præmiis, & pœnis exigunt.

## EXPLICATIO.

Differt hæc à vera fortitudine: I. Causa efficiente, quia leges hanc singulis imperant sub cominatione pœnæ si recusent. II. Causa finali, quia non tam honestatem, quam vel præmiu adeptionem, honores scilicet vel

*& quomodo à fortitudine vera differat.*

pœnæ

pœnæ aut dedecoris auersationē spectat. Tales fingit Homerus Diomedem & Hectorem, ut ait *Aristot. loco citato.*

2. Fortitudo  
Militaris  
quid ea:

Fortitudo Militaris quæ militem ob experientiam, & spem prædæ in periculis adeundis intrepidum reddit.

EXPLICATIO.

Et quomodo  
à vera for-  
titudine  
differat.

Hanc vocat Aristotel. *loco citato* ἀνδρείαν ἢ ἐμπειρίαν, fortitudinem ab experientia; & *libr. 3. cap. 1. Eudem. στρατιωτικῶν*, Militarem, eo quod in veteranis & exercitatis militibus præcipuè inueniatur. A vera fortitudine deficit I. causa efficiente: Nititur enim experientia, non prudentia, aut consilio. II. Causa finali. Spolia enim non honestatem sibi proponit. Vnde fit, ut si spe ista excidat, tergum vertat, sicut exemplo docet Aristoteles ciuium Coronensium, qui strenuos se milites contra Phocenses declararunt: conducti vero milites ad primum cum hoste congressum in pedes se coniecerunt.

3. Fortitudo  
iracunda  
quid ea:

Fortitudo iracunda est, quæ ira vel odium ad vindictam sine certo consilio excitat.

EXPLICATIO.

Et  
quomodo à  
vera diffe-  
rat.

Hæc ἀνδρεία ἢ ὀργὴ vocatur *Eth. lib. 3. cap. 8. & ἢ παρὰ lib. 1. magnor. moral. cap. 21.* differt à vera fortitudine: I. Causa efficiente; nam à passione aliqua, ira scilicet vel odio ex-

cita-

citatur  
pere à qu  
inurere

& best  
tur. III  
ni obte  
inconf

Epod. ad

Ira f

Imp

Et i. c

nihil rec

aliqua p

sunt, ne

vindi

Claud

In i

Omi

Cun

Pro

Fo

terna

pter

excit

In c

ortum

tate, se

riculis

autem



citatur proprium est irati, inquit Cic. i. Offic. cupere à quo læsus videatur, ei quam maximum dolorem inurere. II. Subiecto, quia & malis hominibus & bestiis nonnunquam inesse deprehenditur. III. Formali causa: Non enim rectæ rationi obtemperat, sed ab effectu rapta, præceptis inconsiderate fertur. Nam, ut Horat. canit lib. i. Epod. ad Lol.

*Ira furor brevis est, animum rege, qui nisi paret,  
Imperat: hunc frenis, hunc tu compeſce catena.*

*Ira temperandum esse.*

Et i. Offic. Cic. Semper ira procul absit, cum qua nihil recte, nihil considerate fieri potest, quæ enim cum aliqua perturbatione fiunt, ea nec constanter fieri possunt, nec iis qui adsunt probari. IV. Finem habet vindictam. Itaque iracundum sic depingit Claudian.

*In iaculum quodcumq; gerit dementia mutat,  
Omnibus armatur rabies, pro cuspide ferri  
Cuncta volant, dum dextra ferox in vulnere sævit  
Pro telo geritur, quicquid suggesserit ira.*

*4. Fortitudo  
Fiduciaria.  
quid ea, &c.*

Fortitudo fiduciaria est, quam externa præsidia in periculis præuisis, propter spem certam animo conceptam excitant.

#### EXPLICATIO.

In quatuor hæc fortitudo à vera deficit: I. ortum habet ab ea Spe, quæ non causæ bonitate, sed externis auxiliis nitatur. II. In periculis solum præuisis sibi constat, in subitis autem & repentinis animum despondet. III.

*Quomodo à  
vera deficiat.*

Spe

Spe sua frustrata flaccescit, ac turpiter fugit. IV. Ideo se animosam ostentat, qui certam sibi facit victoriæ spem, non quia honestum est, quod appetit.

5. Fortitudo  
in scia quid  
ea,  
in quo à ve-  
ra desciscat.

Fortitudo in scia est, quæ ex ignorãtia periculi orta eo vsq; progreditur, donec se imparem aduersis virib<sup>9</sup> sentiens mortẽ magis, quam ignominiam metuens in pedes se coniicit.

## EXPLICATIO.

Differt igitur à vera fortitudine: I. quod sine consilio pericula adeat. II. quod constantiam non præstet. III. quod ignominiam honestati præferat. Exemplum habet Aristotel. Argiuorum, qui in Lacedæmonios (quos Sicyonios putabant, sæpius ab Argiuis antea superatos) cum incidissent, ab initio strenue pugnarunt, sed tandem virtute aduersaria superati, in fugam se dederunt.

Fortes non sunt, qui violentas manus sibi inferunt.

Eos, qui  
mortem sibi  
consciscunt,  
non esse for-  
tes, proba-  
tur:

I.

II.

III.

## EXPLICATIO.

Hoc probat Aristot. lib. 3. Eth. c. 7. quia I. Viri fortis est pericula, omnia ipsamq; mortem æquabili animo sustinere. Contra quod illi peccant, quia aperte ostendunt animi imbecillitatem in eo, quod molestias ferre non possint. II. Non honestatis gratia, sed vt dolores euitent, hoc præstant. III. Tantum

abest,

abest, v  
eat, vt n  
tioni r  
modi a  
fana hi  
9. Saul,  
Zambri  
In profa  
iam in i  
pud Plu  
licet: c  
teles fu  
po, hau  
tes, Der  
nes, Em  
rũt, sed  
ci sense  
colligit  
bonus ac  
Apud T  
veluti f  
batur.  
mortem  
num ta  
eamque  
linqueb  
stin. lib.  
cis ius o  
stantius  
quit) ne

abest, vt aliqua vtilitas hinc ad ciuitatem red-  
 eat, vt manifesta potius ei fiat iniuria. IV. ra-  
 tioni rectæ tales non obsequuntur. Huius-  
 modi autem plurimi tam in sacra, quam pro-  
 fana historia reperiuntur. Abimelech, *Iudic.*  
 9. Saul, 1. *Samuel.* 31. Achitophel, 2. *Samuel.* 17.  
 Zambri, 1. *Reg.* 16. Iudas, *Matth.* 27. & *Actor.* 1.  
 In profana historia infinita sunt exempla, et-  
 iam in ipsis Philosophis, vt ex illorum vitis a-  
 pud Plutarchum, Laërtium, & alios colligere  
 licet: quorum etiam in numero ipse Aristo-  
 teles fuisse perhibetur: Nam is, sicut & Stil-  
 po, hausto veneno mortui dicuntur. Clean-  
 tes, Demaritus, Menedemus inedia. Dioge-  
 nes, Empedocles, Metrocles seipsum suffoca-  
 rūt, sed de tali mortis genere quid ipsi Ethni-  
 ci senserint, non obscura ex eorum scriptis  
 colligitur. Vnde Seneca *Epist.* 24. sic ait: *Vir*  
*bonus ac sapiens non fugere debet à vita, sed exire.*  
 Apud Thebanos si quis sibi manus intulisset,  
 veluti sui carnifex, & naturæ immanis habe-  
 batur. Athenienses cum sibi quispiam manu  
 mortem consciuisset, defuncto cadaueri ma-  
 num tanquam facinorosam abscindebant,  
 eamque à corpore diuisam inhumatam re-  
 linquebant, reliquo corpore humato. Augu-  
 stin. *lib.* 1. *de ciuitate Dei, cap.* 23. *Voluntariæ ne-*  
*cis ius omne aufert.* De qua re sic scribit La-  
 ctantius *lib.* 3. *Instit. diuin. cap.* 18. *Si homicida (in-*  
*quit) nefarius est, quia hominis exstinctor est, eidem*

Exempla  
 αὐτοκίρων.

Quid de iis  
 profani sen-  
 serint.

scelē-

sceleri adstrictus est, qui se necat, quia hominem necat. Imo vero maius esse id facinus existimandum est, cuius ultio Deo soli subiacet. Nam sicut in hanc vitam non nostra sponte venimus, ita rursus ex hoc domicilio corporis, quod tuendum nobis assignatum est, eiusdem iussu nobis est recedendum, qui nos in hoc corpus induxit tãdium inhabitaturos, donec iubeat emitti. Et si vis aliqua inferatur, æqua mente id ferendum est, cum extincta innocentis anima inulta esse non possit, habeamusq; vindicem magnum, cui soli vindicta in integro semper est. Homicidæ igitur illi omnes Philosophi, & ipse sapientiæ Romanæ princeps Cato. De Catone tamen longe aliter Cic. i. Offic. dum ait, hęc Catonis gravitatem decuisse maximè, ceteros, qui in eadem causa fuerunt minime. De Lucretiæ *αὐτοχρησία* sic lepide lusit Beza:

*Si fuit ille tibi Lucretia gratus adulter,  
Immerito ex merita præmia morte petis.  
Sin potius casto vis est illata pudori,  
Quis furor alterius crimine velle mori?  
Frustra igitur laudem captas Lucretia: namq;  
Vel scelerata cadis, vel furiosa ruis.*

Sancti Dei Martyres verè fortes fuerunt.

#### EXPLICATIO.

Facilimum fuit hoc comprobate, si ad viri fortis proprie munia, quæ à Philosopho requiruntur, Martyrum constantiæ examinentur. Nam I. non temere nec in consulto in huiusmodi pericula se coniecerunt. II. In pe-

*Martyres  
verè fuisse  
fortes, probatur:*

- 1.
- 2.

ricu-

riculis i  
se gesse  
honest  
emolu  
quod o  
getico:  
men Ecc  
mus. Qu  
fert Ni  
qui Plat  
calumni  
dosesse,  
damort  
ri omni  
rent. M  
genus  
perasse  
ficißim  
fuisse; l  
5.6.7.8  
ca fœm  
illibata  
uerunt  
rere. S  
Ecclesiæ  
quadam  
è duobu  
spondit:  
dem est  
riusq; fi

riculis ipsaque morte constanter & decenter se gesserunt. III. Causæ bonitate cōfisi, quod honestissimum erat, Dei gloriam, & proximi emolumentum, sibi ob oculos posuerunt, quod comprobatur illud Tertulliani in Apologetico: *Sanguis Martyrum nihil est aliud, quam semen Ecclesie, quo plures demetimur, eo plures euadimus.* Quod de se fateretur Iustinus Martyr, ut refert Nicephorus lib. 3. cap. 26. Ego quidē (inquit) qui Platonicis delectabar disciplinis; cum Christianos calumniose deferri audirem, videremq; eos impavidos esse, interritosq; ad mortem, & quacunq; horrenda mortalibus videntur, consideravi ipse mecum, fieri omnino non posse, ut illi in flagitiis delitiisq; viuerent. Nec est quod quispiam dubitet mortis genus mortem bellicam acerbitate longe superasse, si quis intelligat per tyrannos exquisitissima tormenta in hunc finem excogitata fuisse; sicut idem refert Nicephorus lib. 7. cap. 5. 6. 7. 8. &c. Multarum in historia Ecclesiastica fœminarum fit mentio, quæ ut pudicitiam illibatam conseruarent, mortem sibi conscuerunt, quas verè fortes fuisse non ausim asserere. Satius fuisset, illud Antimi Nicomediensis Ecclesie Antistitis consilium obseruasse, qui à puella quadam ad libidinem rapta interrogatus, vtrum sibi è duobus equalibus malis eligendum videretur? Respondit: *filia (inquit) Euphrasia, pulcerrimum quidem est castæ virginitatis donum, sed maius præstantiusq; fidei præceptum.* Quandoquidem enim si casus

3.

Mortē Martyrum morte bellica grauiorem esse.

L

aliquis

aliquis aut necessitas ita ferret, multo magis Pallam ipsam præstaret, quam corpus diripientibus dare. In presentibus quoque malis & tentationibus eodem modo rem dispicere conuenit, & si permissum non est, ut utrunque retineas, ut saltem animam incontaminatam conserues. faciendum tibi esse duco, ut scilicet mente ipsa per fidem confirmata, carnem iniuriis & contumeliis improborum permittas. Niceph. lib. 7. c. 13.

Atque hæc de Fortitudine, quæ corporis pericula respicit, sequitur ea virtus, quæ sensus corporis spectat, gustum scilicet & tactum, & Temperantia dicitur.

## CAP. II.

## DE TEMPERANTIA.

**T**emperantia est virtus mediocritatem seruans in appetendis & fugiendis corporis voluptatibus, quæ gustu & tactu percipiuntur.

## EXPLICATIO.

- Ambiguum est temperantiæ nomen. Nam
1. § 1. ita accipitur, ut non tantum hominibus, sed & brutis competat, quo sensu Ælianus lib. 5. de Nat. animal. c. 11. apibus temperantiam adscribit, quod illæ ferantur eos odisse, qui vnguentis sunt delibuti, aut à recente Venere veniunt. Sic lib. 1. cap. 3. ait, Capitonem piscem esse temperantissimum; & lib. 2. c. 26. laudat aquilæ temperantiam, quod sitim patiatur, nec

se pul-

Temperantia quid.  
Eius significationes tres.

se pulu  
pitur p  
affecti  
tutes su  
habet t  
in bono  
nendis,  
vere sig  
Cic. 1. c  
in rebus  
quamur  
adfert, &  
§ III. A  
deratur  
gulæ ac  
Dicit  
si σὺ ζῶν  
Cic. 3. T  
bit: fruga  
tes regere  
moderat  
Defini  
mine ex  
& finem  
Ob  
stu & t  
Fini  
Quo  
militand

se puluere voluēt, vt ceteræ aues. ¶ II. Accipitur pro ea virtute generaliter, quæ omnibus affectibus imperat, quo sensu omnes ferè virtutes sub se complectitur. Nam & iustitia suū habet temperamentum circa res actionesque in bono & æquo constituendo, pœnis imponendis, legibus decernendis, &c. Atq; in hac vere significatione vulgo sumitur; vnde eam Cic. 1. de finib. sic describit: *Temperantia est, quæ in rebus aut expetendis, aut fugiendis, vt rationem sequamur, monet.* Et paulò ante: *quæ animis pacem adfert, & eos quasi quadam concordia placat ac lenit.* ¶ III. Ab Aristotele, sicut hic à nobis consideratur, accipitur in specie pro ea virtute, quæ gulæ ac veneri modum præscribit.

Dicta est tēperantia Græcè σωφροσύνη, quasi σωζουσα τὴν ψυχήν, conseruans mentem, quo Cic. 3. Tuscul. quæst. respexisse videtur, dum scribit: *frugalitatis esse proprium, motus animi appetentes regere, & sedare, semperque aduersantem libidini moderatam in omni re seruare constantiam.*

Definitio constat genere, quod virtutis nomine exprimitur, & differentia, quæ obiectū & finem complectitur.

Obiectum sunt voluptates quæ gustu & tactu percipiuntur.

Finis est vt sobrie eas expetamus.

Quo spectat illud Senec. epist. 28. nobis quoq; militandum est, & quidem genere militia, à quo nū-

*Temperantia vnde sic dicta.*

*Obiectum.*

*Finis.*

quam otium datur. Debellanda, sed in primis voluptates, quæ, ut vides, sæua quoque ingenia rapuerunt. Sed quia de voluptate ante est dictum, ad extrema Temperantiæ transibimus.

*Extrema.*

Extrema Temperantiæ sunt, in excessu Intemperantia: in defectu Stupiditas.

EXPLICATIO.

Hæc duo constituit Temperantiæ extrema Arist. lib. 2. Eth. c. 7. & lib. 3. c. 11. Alterum ἀνῆλασίου intemperantiam vocans. Alterum vero proprio nomine destitutum fatetur, eo quod à natura humana sit alienum, ut necessarias voluptates fugiat; appellari tamen posse ἀναίσθησιν Insensationem, si ita loqui liceret.

*Intemperantia quid.*

Intemperantia est vitium, quo citra delectum quæuis voluptates, in gustu aut tactu positæ, nulla habita honestatis ratione, immoderate expetuntur.

EXPLICATIO.

Vocatur Græce ἀνῆλασία, ab ἀ priuatiua particula, & ἠλάζω, id est, punio vel coerceo, mutuato vocabulo, ut vult Aristot. in fin. lib. 3. Eth. à pueris male educatis, quorum petulantia non est castigata. De hoc vitio sic Cicer. 4. Tuscul. quæst. quemadmodum igitur Temperantia sedat appetitiones, & efficit, ut hæc recte rationi pareat, conseruatq; considerata iudicia mentis: Sic huic inimica Intemperantia, omnem animi statum inflamat, conturbat, incitat.

Stupi

St  
dis o  
nest

De  
te inue  
rum, n  
exclud  
ego for  
iratos,

T  
Cast

H  
Plato  
quit, c  
& po  
in Ve

F  
mod

H  
untu  
Amn  
prand  
panem  
frugal  
& siti  
fuit F



Stupiditas est vitium in aspernan-  
dis omnibus, etiam necessariis & ho-  
nestis voluptatibus.

## EXPLICATIO.

De quo vitio sic Cic. pro Cœlio: *Si quem for-  
te inueneritis, qui aspernetur oculis pulcritudinem re-  
rum, non odore vlllo, non tactu, non sapore capiatur,  
excludat auribus omnem suauitatem, huic homini  
ego fortasse & pauci, Deos propitios, plerique autem  
iratos, putamus.*

Temperantia est vel Frugalitas vel  
Castitas.

## EXPLICATIO.

Hæc diuisio illud complectitur, quod à  
Platone lib. 3. de Rep. dictum est, *Temperantia, in-  
quit, cernitur in cibo, potu & Venere. Nam in cibo  
& potu moderandis occupata est frugalitas:  
in Venere cohibenda castitas.*

Frugalitas est Temperantia in gula  
moderanda.

## EXPLICATIO.

Hac virtute inter Ethnicos plurimi reperi-  
untur celebres; vt *Cyrus Persarum Rex, de quo  
Ammian. libr. 21. qui rogatus ab hospite, quid in  
prandium apparari iuberet: nihil aliud, inquit, quam  
panem; nam spero me prope riuum cœnaturum. Mira  
frugalitas in Rege barbaro, cui panis erat pro obsonio,  
& sitim aquæ spe deferebat in cœnam. Talis fere  
fuit Philosophorum, præsertim Cynicorum*

*Stupiditas  
quid.*

*Temperan-  
tia in Fru-  
galitatem &  
Castitatem  
diuisio.*

*Frugalitas  
quid.*

*Eius exem-  
pla.*

conuictus, sicut testatur Laërt. lib. 6. qui ait: Eos  
herbis, aqua frigida, & doliis, ut plurimum vsos. De  
Cratete autem sic narrat: Constat (inquit) aquã  
bibisse Cratetem: Nam Demetrio Phaleræo, qui panẽ  
& vinum miserat, conuitiabatur, dicens, utinam &  
fontes panem ferrent. Hanc in Diogene Cynico  
frugalitatem Alexander M. etiam laudauit,  
sicut his verbis testatur Iuuenal. Satyr. 14.

*Sensit Alexander testa cum vidit in illa*

*Magnum habitatorem: quanto felicior hic qui*

*Nil cuperet, quam qui totum sibi posceret orbem?*

Insignis etiam hoc nomine fuerunt Zeno,  
Pythagoras, Socrates, ipse etiam Epicurus, qui  
alias ob voluptates male vulgo audire solet;  
sed immerito, si Laërtio credimus, qui in eius  
vita frugalitatis maximæ testimonium de eo  
perhibet. Quod & Iuuenal. Satyr. 14. aperte  
indicat:

— *Mensura tamen quæ*

*Sufficiat sensus, si quis me consulat, edam:*

*In quantum sitis, atq; fames, & frigora poscunt:*

*Quantum Epicure tibi paruis suffecit in hortis,*

*Quantum Socratici ceperunt ante penates.*

Frugalitas est vel Abstinentia vel  
Sobrietas.

Abstinentia est frugalitas in mode-  
rato cibi vsu.

#### EXPLICATIO.

Hanc ita commendat lib. 10. apud Laërt. Epi-

curus:

*Frugalitatis  
in Abstine-  
tiam & So-  
brietatem  
diuisio.*

curus:  
salubri  
pigrum  
nos com  
territos  
ligere  
percip  
rant E  
rent, q  
fert Al  
fieret,  
à Lycu  
phonte  
Caii F  
poner  
nõ esse  
nia pe  
ercuit  
dibus  
& def  
ribus  
sent, e  
liis fir  
lib. 2. c  
fert, a  
nos, v  
ris du  
Ex  
est V  
nent

curus: *Cibus simplicibus, & non magnifice paratis & salubritatis est, & hominē ad vitæ vsus necessarios impigrum reddit: ac splēdidis (si per interualla sumatur) nos commodius aptat, atq; aduersus fortunam imperterritos reddit.* Frugalitatis commoda qui intelligere cupiat, ex Horatio *lib. 2. Satyr. 2.* facile percipiet. Adeo autem frugalitatis studiosi erant Ethnici, vt Romani sumtuarias leges ferrent, quæ modum viuendi imponerent, vt refert *Alexan. ab Alex. lib. 3. c. 11.* & ne fraus legibus fieret, cautum est vt publice pransitaretur. Idē à Lycurgo apud Spartiatas factum, teste *Xenophonte lib. de Republ. Lacedæm.* Fertur lata lex in Cæii Fannii consulatu, ne quid volucrum apponeretur, præter vnā gallinam, quæ altilis nō esset. Prorogata deinde lege Didia & Fannia per totam Italiam: hasq; Iulius Cæsar exercuit, dispositis etiam circa macellum custodibus, qui obsonia contra vetitum retinerēt, & deferrent ad se. Submissis quocunq; licitoribus & militibus, qui si qua custodes fefellissent, ea triclinia iam apposita auferrent. De aliis similibus legibus consulendus est *Gellius lib. 2. cap. 28. & lib. 4. c. 16. Athen. lib. 6. cap. 8.* refert, adeo temperatos fuisse priscos Romanos, vt lege prohiberetur illis obsonium pluris duabus drachmis cum dimidio.

Extremum Abstinentiæ in excessu est Voracitas, in defectu Nimia abstinentia à cibo.

*Abstinentiæ quid.*

*Eius commoda, &*

*Exempla.*

*Extrema.*

Voracitas  
quid.  
In quibus  
cernatur.

Eius repre-  
hensio.

Exempla.

Voracitas est intemperantia in cibo. Vitium hoc cernitur cum in quantitate cibi, ut cum plus accipitur, quam sit necesse: tum in nimia festinatione, cum scilicet certatim voratur: item, si in edendo suaviora, dulcioraque esculenta sanioribus præponantur. Præterea, si quis sibi delicia, quam conuiuantibus apponat. Si denique intempestive nulla urgente fame maior gulæ, quam grauiorum negotiorum habeatur ratio, ut notat Stephanus. Niger in opere ex Musonio sumpto de nimia obsoniorum appetentia. In vitium hoc acerrime inuecti sunt Ethnici sapientes, unde Diogenes ventrem vitæ Charybdim appellabat: teste Laërt. lib. 6. de vit. Philosoph. Qua de re Senecam audi Epist. 6. Taurus paucissimorum iugerum pascuis impletur: vna sylua Elephantis pluribus sufficit, homo & terra pascitur & mari. Quid ergo, an insatiabilem nobis natura alium dedit, cum tam modica corpora dedisset, ut vastissimorum edacissimorumque animalium auiditatem vinceremus? minime. Quantulum enim est quod naturæ datur? paruo illa dimittitur. Non fames nobis ventris nostri magno constat, sed ambitio. Homines itaque ventri obediens animalium loco numeremus non hominum: quosdam vero ne animalium quidem, sed mortuorum. Hoc nomine male audiuit Aristip. quem ut nimis delicatum Diogenes regium canem appellabat; ob quã causam & Timon eum acriter insectatur:

Οἷα τ' Ἀεσίπωσ τευ φερὸν φύσις ψαδὴν.

Qualis

Qua  
Qui  
Auctor  
merito  
Nam, v  
nostra fe  
merabi  
Iuuenat  
Hinc  
It no  
Duc  
Duo su  
pla sati  
millibu  
detulit  
Dion C  
victus  
sciret, c  
per esse  
restare  
ctus, qu  
interer  
ctus est  
nullibi  
So  
to po  
No  
liquan

*Qualis Aristippi mollis natura sophistæ  
Qui potuit tactu verum discernere falso.*

Auctor est Laërt. lib. 2. de vitis Philosoph. Nec immerito hoc vitium tanto odio sunt profecuti. Nam, vt loquitur Senec. lib. 7. multos mortis fercula nostra ferunt: innumerabilesque morbi innumerabiles coquos numerat, quod confirmat Iuuenal. Satyr. 1.

*Hinc subitæ mortes, atq; intestata senectus,  
It noua; nec tristis per cunctas fabula cœnas,  
Ducitur iratis plaudendum funus amicis.*

Duo sunt præterea, inter alia infinita, exempla satis illustria. Vnum Asinii Celeris, qui sex millibus sestertium vnus muli piscis obsoniũ detulit. Alterum M. Gabionis, quem refert Dion Cass. l. 47. Hist. omnes homines luxuria victus superasse; qui cum iniisset rationem, vt sciret, quantum prodegisset, quantumque superesset, eamque centum sestertium talentũ restare comperisset, magno mœrore confectus, quasi sibi fame fuisset pereundũ, seipsum interemit: De altero extremo, quod in defectu est, non est quod multum dicamus, cum nullibi ferè reperiatur.

Sobrietas est frugalitas in moderato potus vsu.

#### EXPLICATIO.

Non diffitemur, vocem hanc in latiore aliquando significatione accipi, vt frugalita-

L 5 tem

Qualis

*Sobrietas  
quid, eius  
exempla.*

tem in genere significet: hæc tamé est frequé-  
tior eius significatio, vt pro moderatione po-  
tus sumatur. Hanc adeo sibi commēdatam Romani  
habuerunt, vt ante annum trigesimum vinum bibere  
viris quoq; crimini daretur: Seruo vero interdictum  
penitus, nisi sacrorum causa, & solemnibus, festisque  
diebus, vt auctor est Alexand. lib. 2. c. 25. qui ibidem  
de Persis ait, licet natalem diem summo semper hono-  
re studio & conuiujs celebrarent, filiis tamen indul-  
gentissimi etiam parentes, vinum prohibebant.

*Extrema.*

Extrema sobrietatis sunt in excessu  
ebrietas: in defectu nimia auersatio  
potus requisiti.

EXPLICATIO.

Sed de vitio hoc in defectu, quod αἰνώθυμον  
est, quia admodum est rarum, nihil dicemus.

*Ebrietas  
quid.*

Ebrietas est Intemperātia in potu.

EXPLICATIO.

*Eius incom-  
moda, &  
reprehensio.  
Vide Horat.  
lib. 1. Epist.  
ad Torquat.  
quid non e-  
brietas, &c.  
& libr. 1.  
Od. 18. at  
ne quis, &c.*

Sicut cōtrarium huius vitii est rarissimūm,  
ita hoc frequentatissimum est; cuius tamen si  
effecta intueamur, maxime detestandum cen-  
sere debemus. Ebrietatem sic depingit Basilus  
Magnus, qui quid esset ebrietas rogatus? Respondit:  
Ebrietas dæmon est sponte admissus in animos per vo-  
luptatem: mater est malitiæ, impugnatio virtutis, ex  
forti timidum facit, ex modesto lasciuum, iustitiam  
ignorat, prudentiam abolet: & sicut aqua pugnat i-  
gni, sic immoderatio vini mētem sobriam exstinguit.  
Item, vt fumus fugat apes, sic ebrietas pellit spiritua-

lia

lia dona.  
nuit, quo  
me obfus  
cap. 7. N  
mus, eb  
familiar  
proceru  
natis, ve  
tarchus i  
vunt. Ne  
go 6. de l  
corporis  
tur. Qu  
furoris v  
enim fa  
se ipsos  
rint int  
Vopiscus  
cum se su  
temulen  
Respon  
lis ille f  
licis fu  
ad mens  
tum par  
fundibu  
tatem h  
vt aucto  
plarentu  
vitio det

lia dona. Ideo Alphonsus Hispania Rex à vino absti-  
nuit, quod sciret, id Alexandri Magni gloria maxi-  
me obfuisse, vt refert Antonius Panormitan. libr. 2.  
cap. 7. Nam Alexander, Rex alias laudatissi-  
mus, ebrietate eo est prolapsus, vt iis, quibus  
familiarissime utebatur, interfectis, & per hoc  
procerum suorum omnium animis à se alie-  
natis, veneno tandem exstingueretur, vt Plu-  
tarchus in eius vita, & Q. Curtius lib. 10. memine-  
runt. Nec mirum, quia, vt auctor est Plato Dialo-  
go 6. de legib. qui vino est refertus, tam animæ, quam  
corporis rabie concitatus quouis & trahit, & trahi-  
tur. Quapropter Cato vocabat ebrietatem speciem  
furoris voluntariã, auctore Marcellino lib. 5. Hinc  
enim factum sepe est, vt ebrii furiosis peiores,  
se ipsos interemerint, alii incauti ab aliis fue-  
rint interemti. Sicut de Bonosio Imperat. refert  
Vopiscus, qui extremae gulae & ebrietatis monstrum,  
cum se suspendio suffocasset, interrogatus quidam, qui  
temulentiam eius nouerat, quisnam esset suspensus?  
Respondit, non hominẽ, sed amphoram. Ta-  
lis ille fuit quem Aureliano Imperatori in de-  
liciis fuisse, meminit idem Vopiscus, qui vno die  
ad mensam Imperatoris ederit aprum integrum, cen-  
tum panes, veruecem, & porcellum: biberit autem in  
fundibulo ori appposito, plus orca. Aduersus ebie-  
tatem hoc remediũ adhibẽdum suasisit Plato,  
vt auctor est Laert. lib. 2. vt in speculo se ebrii cõtem-  
plarentur, ita futurum, vt rei sceditate à tam deformi  
vitio deterreantur. A quo non procul abest, & de

Ouid. de ar-  
te, lib. 1. vi-  
na parant.  
Tibull. lib.  
1. Eleg. 7.  
Me liquor,  
&c.  
Exempla.

Remedium  
aduersus e-  
brietatem.

Laconi-

*Laconib. recenset Plut. in vita Demetrii, qui ut ebrietatis turpitudinem demonstrarēt, & liberos suos inde deterrerent, cogebant Helotas, id est, agrestes homines, quam plurimum bibere: deinde mero ingurgitatos carmina ridicula canentes saltationes ineptas instituire, ut sobrietatem rem honestissimam, ebrietatem turpissimam hoc compendio liberos suos edocerent: Sed in mancipiis, ad quorum mores degenerare ingenuo turpissimum esset.*

*Castitas  
quid, eius*

Castitas est temperantia in Venere moderanda.

EXPLICATIO.

Veneris nomine intelligitur tam voluptas in basiis, amplexu, colloquiis; & gestu corporis, quam in ipso actu Venereo.

*Extrema.*

Extremum castitatis in excessu est libido: in defectu affectata Veneris omnis detestatio.

*Libido  
quid, eius*

Libido est intemperantia in Venere.

EXPLICATIO.

Sic appellamus tum luxum illum, qui extra coniugium exercetur, qui fornicatio dicitur, tum in matrimonio commissum, quod proprio nomine adulterium vocatur. Multa nefaria & execranda libidinis sunt effecta, sicut apparet in Samsone, *Iudicum* 16. in Salomone, *1. Reg.* 13. in Tarquinio Superbo, propterea regno exuto. Norat hoc Cyrus, ideo pro poena seuerissima, quæ rebellibus debetur, luxu-

*Exempla.*

*riosam*

*riosam v  
rebellasse  
sunt, iu  
quondam  
cie & lu  
vitio sic*

*Luxu*

*Sic m*

*Atq<sub>3</sub>*

*Assyr*

*Subi*

*Rom*

*Alte*

*rarior*

*Mona*

*syncer*

*Pol*

*tatem*

*& vid*

*nec in*

*tat, ill*

**S***IC*  
*af*

*quæ*

*ratic*

*in co*



riosam vitam imposuit Lydiis: iis enim cum secundo rebellassent (teste Iustino lib. 1.) arma & equi adempti sunt, iussique lenocinia exercere, & sic gens industria quondam potens, ac manu strenua, effœminata mollicie & luxuria, virtutem pristinam perdidit. De hoc vitio sic Claud. lib. 2. in Stiliconis laudibus:

— nam cetera regna

Luxuries vitis, odiosq; superbia vertit.  
Sic male sublimes fregit Spartanus Athenas,  
Atq; idem Thebis cecidit, sic Medus ademit  
Assyrio, Medoq; tulit moderamina Perses,  
Subiecit Persen Macedo, cessurus & ipse  
Romanis: Hæc auguriis firmata Sybilla.

Alterum extremum nomine caret, res etiã rarior est, nisi postremis his temporibus in Monachis & Monialibus virginitatem non sinceram affectantibus.

Posset & castitas in pudicitiam & virginitatem subdividi; & illa rursus in conjugalem & viduitatem, sed cum res ipsa cuius sit nota, nec instituti nostri ratio prolixitatem permittat, illis supersedere cogimur.

### CAP. III.

#### DE LIBERALITATE.

Sic fuerunt virtutes gubernatrices affectuum Corporis; sequuntur eæ, quæ Animum regunt: quarum moderatio eminent, vel in rebus externis, vel in conuersatione.

Res

s  
rii, qui vt  
liberos suos  
grestes ho-  
ro ingurgi-  
nes ineptas  
am, ebrie-  
suos edoce-  
degenerare  
Venere  
voluptas  
tu corpo-  
essu est  
neris o-  
Venere.  
n, qui ex-  
ratio dici-  
m, quod  
r. Multa  
t effecta,  
16. in Sa-  
Superbo,  
Cyrus, ideo  
tur, luxu-  
riosam

Res externæ, quas virtutes respiciunt, sunt vel sumtus vel honores.

EXPLICATIO.

Res externas hic appellamus, quas Cic. & alii munera fortunæ, quia homini extrinsecus obueniunt: omnes tamen hic minime consideramus, sed diuitias in primis & honores.

Sumtus sunt vel Modici, vel Magni.

Circa Modicos sumtus versatur Liberalitas.

Liberalitas est virtus mediocritatem seruans in pecuniis modicis, dandis, accipiendisque.

EXPLICATIO.

Solet nonnunquam Liberalitatis nomen eo extendi, vt etiam profusioni competat: Vnde vulgus quo quis etiam sine circumstantiarum respectu largius communicantes vocat liberales: Sed frequentior est significatio illa liberalitatis; quia, vt loquitur 2. Offic. aut opera fit bene, indigentibus, aut pecunia. Strictius adhuc Aristotel. sumsisse videtur pro eo scilicet quod ibidem Cicer. largitionem appellat; cum pecuniis beneficia exercentur. In secunda tamen significatione hic vsurpauimus.

Dicta est liberalitas à libero, quod homine libero in primis digna videatur, vel quod

benefici-

*Liberalitas  
quid.*

*Varie acceptiones.*

1.

2.

3.

*Vnde dicta.*

benefici  
te liber  
1. de qu

cap. 4.

& diff

Obiect

tius ea

tio hon

erit de

Ob

ματα.

Xen

tium

Di

cum ig

nobis v

vt lib. 4

bet, qu

comm

fuisse d

& sole

& cau

rales ig

à pred

amicor

uant, a

genda, v

ait, in

entia g

beneficia à liberali profecta alios à necessitate liberet. Definitio hæc Aristotel. lib. 4. Eth. c. 1. de qua etiam Mag. moral. lib. 1. c. 24. & 3. Eudem. cap. 4. Constat autem genere, quod est virtus, & differentia obiectum & finem complexa. Obiectum sunt τὰ χρήματα, pecuniæ, vel potius ea, quæ vsui esse possunt. Finis est vt largitio honestatem respiciens. Dicendum igitur erit de Obiecto, Fine, & Extremis huius virtutis.

Obiectum liberalitatis sunt τὰ χρή-

ματα.

Χρήματα sunt omnia ea, quorum pretium nummo æstimamus.

EXPLICATIO.

Dicta sunt χρήματα, ἀπὸ τῆς χρήσεως, ab vsu; cum igitur omnia ea χρήματα dicantur, quæ nobis vsui esse, aut pecunia æstimari possunt, vt lib. 4. Ethic. cap. 1. definit Aristotel. quid prohibet, quo minus liberalitatem ad consiliorum communicationem ab Aristotele relatam, fuisse dicamus, cum & ea pecuniis & possint & soleant æstimari. Sicut qui cum Iuridicis & causidicis rem habent, intelligunt. Liberales igitur erunt, qui suis facultatibus, aut captos à prædonibus redimunt, aut æs alienum suscipiunt amicorum causa, aut in filiarum collocatione adiuuant, aut opitulantur, vel in re querenda, vel augenda, vt loquitur Cicer. 2. Offic. & vt paulo post idẽ ait, in iure cauere, consilio iuuare, atque hoc scientiæ genere ( Iurisprudencia scilicet prodesse )

quam

Obiectum.

Χρήματα  
quid.

Vnde dicta.

quam plurimis vehementer, & ad opes augendas pertinet, & ad gratiam. Item I. Offic. Quicquid sine detrimento possit commodari, id tribuatur cuique vel ignoto. Ex quo sunt illa communia, non prohibere aquam profluentem, pati ab igne ignem capere, si quis velit consilium fidele deliberanti dare: quæ sunt iis utilia, qui accipiunt, danti non molesta.

Vt circa obiectum hoc recte versetur liberalis, quædam in Dando, quædam in accipiendo tenenda sunt.

In dando  
obseruanda:

In Dando quinque sunt circumstantiæ obseruandæ: Persona, Quantitas, Qualitas, Tempus & Locus.

EXPLICATIO.

Persona consideratur tum Dantis, tum Accipientis.

I. Persona  
dantis.

In Persona Dantis spectandus est animus, vt libenter, non grauate, beneficium conferat.

EXPLICATIO.

Beneficium  
non esse rem  
datam, sed  
voluntatem  
dantis.

Vnde scite lib. 3. de Benefic. Seneca: Multum interest inter materiam beneficij & beneficium. Itaque nec aurum, nec argentum, nec quicquid eorum, quæ a proximis recipiuntur, beneficium est; sed ipsa tribuentis voluntas. Imperiti autem, quod traditur solum, vocant beneficium. Imperatoris enim corona, & vestis, & currus nihil horum honor est, sed honoris insigne: sic nec est beneficium, quod sub oculos venit, sed vestigiū beneficij. Et ibidem: Plerique sunt, qui benefi-

cia

cia aspe  
ducunt  
teat. H  
Ioanne  
munere  
postol  
proposi

In  
dum  
nostr

Nar  
vt ait S  
uit Ha  
neo vet  
moribu  
quot, &  
liciter  
sub ocu  
hoc mo  
uocatis

ret, atq  
vulgi fa  
In  
pro fa  
tate, a  
tates

His

cia asperitate verborum, & supercilio, in odium adducunt, sermone vbi ea superbia, vt impetrare poeniteat. Hoc eleganter protulit Aug. in Homiliis in Ioannem: *Ante Dei oculos non est manus vacua à munere, si arca cordis plena est bona voluntate.* Et Apostol. 2. ad Cor. 9. *Vnusquisq; benefaciat secundum propositum cordis, non ex molestia aut necessitate.*

In Persona Accipientis obseruandum est, vtrum accipientes digni sint nostris beneficiis.

1. Accipientis.

EXPLICATIO.

Nam beneficium dando accipit, qui digno dedit, vt ait Sen. de Prouidentia. Quod recte obseruauit Hadrian. Imper. vt refert Spartianus, qui in balneo veteranum quempiam seruuli penuria sese marmoribus affricantem conspicatus, eum & seruulis aliquot, & sumtibus donauit. Quod reliqui veterani feliciter cessisse videntes, coeperunt & ipsi quamplures sub oculis Imperatoris, sese marmoribus affricare, vt hoc modo Principis elicerent benignitatem. At ille, euocatis senibus iussit, vt alius alium vicissim defricaret, atque ita pueris nihil opus fore. Is iocus postea in vulgi fabulam cessit.

Exemplum.

In Quantitate obseruandum est, vt pro facultatibus dantis, & pro dignitate, ac necessitate accipientis, facultates distribuantur.

2. Quantitas.

EXPLICATIO.

His congrua sunt, quæ scribit Cic. 1. Offic.

M

Viden-

Videndum est, inquit, ne maior benignitas sit, quam facultates; tum ut pro dignitate cuique tribuatur. Vtriusque rationem paucis interiectis ibidem tradit: quod qui benigniores esse volunt, quam res patitur, primum in eo peccant, quod incuriosi sunt in proximo: quas enim copias his & suppeditari, æquius est, & relinquere, eas transferunt ad alienos. Inest autem in tali liberalitate cupiditas plerumque rapiendi & auferendi per iniuriam; ut ad largiendum suppetant copiae. Post. In delectu dignitatis, & mores eius erunt spectandi, in quem beneficium conferetur, & animus erga nos, & communitas ac societas vitæ, & ad nostras utilitates officia ante collata: quæ ut concurrant omnia, optabile est: Sin minus, plures causæ maioresque ponderis plus habebunt. His consentanea sunt, quæ scribit Apostolus ad Galat. 6. Bonum faciendo ne defatigemur, tempore enim suo metemus non defatigati. Itaque dum tempus habemus, operemur bonum, cum erga omnes, tum vero maxime erga domesticos fidei.

3. *Qualitas.*

In Qualitate videndum, ut beneficia accipienti profint, noceant nemini.

#### EXPLICATIO.

Videndum est igitur, ut ea liberalitate utamur, quæ proficit amicis, noceat nemini. Quare Lucij Syllæ & Gaij Cesaris pecuniarum translatio à iustis dominis ad alienos, non debet liberalis videri: Nihil est enim liberale, quod non idem iustum, ait Cic. I. Off. Et paulo ante: Nam & qui gratificantur cuiquam,

quod

quod ob  
fici neg  
di sunt

Te  
dentu  
sitque

Ingra  
Benefic.  
egre dim  
peretur.  
cilia, occ  
tis verec

Grat

C

Lo

pto m  
lata b  
subleu

Dep

fic. Tacit  
bus profu  
dus est,  
fuit, ut  
aliquan  
inopia r  
lum, cla

quod obsit illi, cui prodesse velle videantur, non benefici neque liberales, sed perniciosi assentatores iudicandi sunt.

Tempus Liberalitatis est, ut tum  
4. *Tempus.*  
dentur beneficia, cum res exigit, absitque omnis procrastinatio.

## EXPLICATIO.

Ingratum est beneficium, inquit Seneca lib. 3. de Benefic. quod diu inter manus dantis haesit, quod quis egre dimittere visus est, & sic dare, tanquam sibi eriperetur. Gratissima autem sunt beneficia parata, facilia, occurrentia, ubi nulla mora fuit, nisi in accipientis verecundia. Nam ut habet Auson. Epigram. 84.

*Gratia quae tarda est, ingrata est, gratia namque  
Cum fieri properat, gratia grata magis.*

Locus debet ex honestatis praescripto mensurari, ut honoris gratia collata beneficia fiant palam: egestatis subleuandae causa, priuatim.  
5. *Locus.*

## EXPLICATIO.

De posteriore hoc sic Seneca lib. 2. de Benefic. Tacite danda sunt beneficia, ut nota sint solis quibus profunt: interdum etiam ipse, qui iuuatur, fallendus est, ut habeat, nec à quo acceperit sciat. Talis fuit, ut ibid. refert Senec. Argesilaus, qui ingressus aliquando ad Ctesibium aegrotum, vidensque eum inopia rerum angustari, plenum nummis sacculum, clam eius putuino subiecit. Idem cum egenus

quidam vasa argentea ad amicos excipiendos ab eo commodasset, cum reddere vellet, tanquam sua retinere iussit, vt auctor est Laërt. lib. 4. Contra hoc peccabant Pharisei, sicut eius nomine ipse Christus Matth. 6. eos reprehendit, qui Eleemosynam pauperibus distributuri buccina clangendum ante se curabant, vt gloriam hominum captarent.

In Accipiēdo que tenenda.

In Accipiendo liberalis cauebit, ne aliunde accipiat, quam vnde debet, vtque honestis rationibus facultates suas augeat.

EXPLICATIO.

Hoc illud est, quod in Adolph. monet Terent. Abs quiuis homine, cum opus est, beneficium accipere gaudeas.

Verum enimvero id demum iuuat, si quem equum est, benefacere, is facit.

Considerandum est igitur, an is, à quo beneficium liberalis accipit, talis sit, qui libenter, nec cum suo damno largiatur: qui si talis est, munus non est spernendum, sed ita accipiendum, vt de eo reddendo cogitet liberalis; sicut alicubi monet Martial.

Quod non argentum, quod non tibi misimus aurum,  
Hoc facimus causa Stella diserte tua.

Quisquis magna dedit, voluit sibi magna remitti,  
Victilibus nostris exoneratus eris.

Illud præterea videndum, vt honestis rationibus, quæ dantur, comparentur, quia sunt

multi

multi,  
qui erip  
tur, se  
eos qua  
cio, vt  
Fin  
stas.

Qui  
quos c  
nō fun  
ea dan  
benefici  
accepti  
qui ide  
lient. V  
stola qu  
quod la  
tur. Qu  
xit, vt  
pisses?  
sed min  
dus Re  
lam dix  
idem se  
Ex  
galita  
Ari  
moral



multi, teste Cicer. 2. Offic. splendoris & gloria cupidi, qui eripiunt aliis, quod aliis largiantur: iique arbitrantur, se beneficos in suos amicos visum iri, si locupletent eos quacunq; ratione. Id autem tantum abest ab officio, vt nihil magis officio possit esse contrarium.

Finis Liberalitatis debet esse honestas.

*Liberalitatis finis.*

EXPLICATIO.

Quicumque igitur alio fine beneficia in aliquos conferunt aut accipiunt, vere liberales non sunt; quales sunt ii, qui beneficia propterea dant, vt maiora accipiant. Hæc enim inter duos beneficij lex est, alter statim obliuisci debet dati, alter accepti nunquam. Senec. lib. 3. de Benefic. Illi etiam qui ideo dant, vt aliorum gratiam sibi concilient. Vnde præclare, (vt refert Cic. 2. Offic.) in epistola quadam Alexandrum filium Philippus accusat, quod largitione beneuolentiam Macedonum consecetur. Quæ te malum, inquit, ratio in istam spem induxit, vt eos tibi fideles putares fore, quos pecunia corrupisses? An tu id agis, vt Macedones non te Regem suum, sed ministrum & præbitorem putent, quo quid sordidius Regi? Melius etiam quod largitionem Corruptellam dixit esse: fit etiam deterior, qui accipit, atque ad idem semper expectandum paratior.

Extrema Liberalitatis sunt Prodigalitas & Auaritia.

*Extrema.*

EXPLICATIO.

Aristoteles lib. 2. Eth. cap. 7. lib. 4. c. 1. Mag. moral. lib. 1. cap. 24.

*Prodigalitas  
quid.*

Prodigalitas est vitium, modum in  
nimium dando, & parum aut inhone-  
ste accipiendo, violans.

EXPLICATIO.

Hoc vitium vocat Aristot. lib. 4. c. 1. ἀσώτια  
ab α priuatiua particula, & σῶζο, id est, seruo,  
quia qui facultates temere profundit, seipsum  
etiam nō seruat, cum vitæ sustentandæ instru-  
mentis seipsum spoliet. Quo pertinet illud  
Diogenis, qui prodigum quendam oleas in diuersorio  
edentem intuitus: Si ita, inquit, prandisses, non ita  
cœnares. Laert. lib. 6.

*Prodigali-  
tatis in sim-  
plicem &  
mixtam di-  
uisio.*

*Prodigali-  
tas simplex  
quid.*

*Prodigali-  
tas mixta  
quid.*

Prodigalitas est vel simplex vel Mi-  
xta.

Prodigalitas Simplex est, quæ in res  
quaslibet temere facultates profun-  
dit sine vlla spe receptionis.

Hoc igitur vitium i. in eo peccat, quod ni-  
mium & intēpestiue det: deinde in eo, quod  
nihil recipiat: de quo sic Cicer. 2. Offic. Omni-  
no meminisse debemus id, quod à nostris hominibus  
sepissimè usurpatum iam in prouerbij consuetudinē  
venit, largitionem fundum non habere.

Prodigalitas Mixta est, quæ ab aliis  
per iniuriam aufert, quod aliis immo-  
derate tribuat.

EXPLICATIO.

Cicer. 2. Offic. de hac prodigalitate sic lo-  
quitur: Atq; sic sequuntur largitionem rapinæ. Cum

enim

enim da  
ferre co  
causa b  
tur eoru  
bus ader  
notat

Paterna  
Secunda  
Hybera  
Hunc G  
Quid h  
Nisi vn

Tal  
in eius

Au  
pienc

Di  
Vel qu  
refert  
Valer  
ritia es  
præda  
cupidin  
tem, ce  
crudel  
edocui

T

enim dando agere cœperint, alienis bonis manus adferre coguntur. Ita cum benevolentia comparanda causa benefici esse velint, non tanta studia assequuntur eorum, quibus dederunt, quanta odia eorum, quibus ademerunt. Talem fuisse Iulium Cæsarem, notat Catullus:

— non parum belluatus est ?

Paterna primum lancinata sunt bona,  
 Secunda præda pontica, inde tertia  
 Hybera, quem scit amnis aurifer Tagus,  
 Hunc Gallia timent, timent Britannia,  
 Quid hunc malum fauetis, aut quid hic potest,  
 Nisi vncta deuorare patrimonia ?

Talis etiam fuit Sylla, vt ostendit Plutarchus in eius vita.

Auaritia est vitium in nimium accipiendo, retinendoq; modum violans.

*Auaritia quid.*

#### EXPLICATIO.

Dictus est auarus ab aueo, vt Gellio placet. Vel quasi auidus æris detrita è litera, vt idem refert ex sententia Nigidii lib. 10. cap. 5. Hanc Valerius Maximus lib. 9. c. 5. ita depinxit: *Auaritia est latentium indagatrix lucrorum, manifestæ prædæ auidissima vorago, nec habendi fructu felix, & cupiditate querendi miserrima; quæ fidem, probitatem, ceterasq; artes bonas subuertit: pro his superbiam, crudelitatem, Deos negligere, omnia venalia habere, edocuit.*

*Vnde dicta.*

Tria sunt Auarorū genera, quorum

*Auarorum tria esse genera.*

M 4

pri-

primum dando solum deficit: Secundum accipiendo modum excedit: Tertium in utroque peccat.

## EXPLICATIO.

I. *Parci.*

Primi generis Auaros vocat Aristot. φειδωλὲς parcos, γλιχρὲς tenaces. Huiusmodi auarum describit Plautus Euclionem, qui

*Famem vtendam si roges, nunquam dabit.*

Exempla.

Talis etiam Hermocrates, teste Lucillio, cui tantum erat nummorum suorum cura, vt seipsum rerum suarum scripserit heredem. Meminit etiā Athen. lib. 4. Dipnosophiston, cap. 18. alterius insigniter auari: qui morti proximus, ne nummos suos aliis relinqueret, multos aureos deglutiuit, vt secum deferret, atque alios omnes in sago consuit, imperauitq; ne indutus sepeliretur. Huiusmodi Auaros ita descripsit Petronius:

*Non bibit inter aquas, poma & pendentia carpit*

*Tantalus infelix, quem sua vota premunt.*

*Diuitis hac magni facies erit, omnia carens*

*Qua timet, & sicco concoquit ore famem.*

2. *Turpi lucro dediti.*

Secundi generis Auaros appellat Aristoteles αἰχρὸνεργεῖς, turpi lucro deditos, qui questus gratia artes illiberales exercent, nec vllum facinus recusant, si spes aliqua lucri affulgeat. De his ita Iuuenal. Satyr. 14.

*Inde fere scelerum causæ, nec plura venena*

*Miscuit, aut ferro grassatur sepius vllum*

*Humanae mentis vitium, quam seua cupido*

Indo-

Indo-

Et cit

Quis

Ta

qui rap

moueb

dictus e

veluti j

e xprin

Ter

unt, &amp;

bus C

tur cup

ne aug

Exem

in Ca

fuisse,

malui

edere.

H

dict

sum

M

sum

feru

feru

feru

feru

feru

feru

feru

feru

feru

*Indomiti census. Nam diues qui fieri vult,  
Et cito vult fieri. Sed quæ reuerentia legum?  
Quis metus aut pudor est vnquã properantis auari?*

Talem fuisse *Vespasianũ*, indicat *Suetonius*, qui rapacissimum quemq; ad honores & officia promouebat, moxq; ditatos condemnabat, qui ideo vulgo dictus est officarios suos habere pro spongiis. Quod veluti spongias & siccos madefaceret, & humentes exprimeret.

Tertij generis sunt ii, qui & in dando deficiunt, & in accipiendo modũ excedunt: de quibus *Cic. parad. i.* Nunquam expletur, neq; exsatiatur cupiditatis sitis; neq; ea solum, quæ habent libidine augendi cruciantur, sed etiam amittendi metu. Exemplum habet *Valer. Max. lib. 7. c. 6.* qui ait, in *Casilini* obsidione inter trecentos *Prænestinos* vnũ fuisse, qui in fame, murem captum ducentis denariis maluit vendere, quam ipse lenienda famis causa comedere. Atq; ita mortuus est.

## CAPVT IV.

## DE MAGNIFICENTIA.

**H**Actenus fuit ea virtus, q̄ in Modicis sumtib<sup>9</sup> occupatur, Liberalitas dicta: sequitur ea q̄ versatur in magnis sumtibus & Magnificẽtia nominatur.

Magnificentia est virtus in magnis sumtibus erogandis mediocritatem seruans.

## EXPLICATIO.

M 5

De

Exemplum.

3. Qui in dando deficiunt, & in accipiendo modum excedunt.

Exemplum.

Magnificẽtia quid.  
Eius acceptiones.

Indo-

1.  
2.  
*ratio nomi-  
nis.*

*In quo dif-  
ferat à libe-  
ralitate.*

1.  
2.

3.

*Obiectum.  
Decorū ser-  
uare magni-  
ficum: I. in  
sumtibus,*

*Cum conue-  
niunt perso-  
nis & operi-  
bus.*

De nomine non multum ambigitur, nisi quod ii etiam hodie magnifici vulgo dicuntur, qui in magno aliquo honoris gradu sunt collocati, sed quam recte ex hac Arist. definitione *lib. 4. Eth. c. 2.* patet. Græce μεγαλοπρέπεια dicitur, ἀπὸ τῆς μεγέθους, magnitudine ἢ τῆς πρέποντος, decoro, quod in magnis sumtibus decorū seruet. Definitur genere, virtute, & Differentia obiectum continens & finem communem. Et obiectio quidem cum à reliquis virtutibus, tum à liberalitate in primis distinguitur. I. Quod Magnificencia in magnis sumtibus versetur. Vnde & nomen accepit. II. Cū liberalitas in dando & accipiendo sit occupata, Magnificencia in sumtibus faciendis munus exercet suum. III. Huc accedit, quod magnificus aliquis in se & suos dici possit, cōtra quam in liberalitate fit.

Magnificentie obiectum sunt sumtus magni, in quibus erogandis decorum spectatur, vel in ipsis sumtibus vel in operibus, in quæ sumtus fiunt.

Decorū in sumtibus obseruatur, cū personæ & operibus illi conueniunt.

#### EXPLICATIO.

Nam vt pulcritudo corporis apta compositione membrorum mouet oculos, & delectat hoc ipso, quod inter se omnes partes cū quodā lepore consentiant; Sic hoc decorum,

quod

quod  
moue  
gna &

M  
bus v  
opib

Ho  
tum i  
sona a  
nullo  
aut su

D  
si op  
tudi

Po  
cum  
ea est  
bus p  
possi

C  
pro  
S  
uinu

H  
stes  
Tali

quod elucet in magnificentia tum demum mouet approbationem, cum viri magni magna & splendida opera efficiunt.

Magnificētia cōpetit solū hominibus virtute & genere præstātibus, atq; opibus honeste partis abundantibus.

## EXPLICATIO.

Hoc enim Magnificētia exigit, vt nō tantum ipsum per se sit splendidū, sed vt etiā persona aliquid splēdoris operi addat, quod fieri nullo pacto potest, si operis auctor obscurus, aut sumptibus tanti operis impar reperiatur.

Decorum in operibus obseruatur, si opera personæ & sumtuum magnitudini respondeant.

## EXPLICATIO.

Posterius hoc tum demum æstimari potest, cum ad finem opus est perductum; scil. tum ea est eius præstantia, vt nemo iisdem sumptibus perfectius aut splendidius opus efficere possit.

Opera Magnificētiæ sunt sacra vel profana.

Sacra sunt, quæ propter cultum diuinum à magnifico instituuntur.

## EXPLICATIO.

Huiusmodi sunt templa, anthemata, vestes sacræ, vasa, redditus ecclesiastici, & similia. Talis fuit structura illa sumtuosissima tem-

*Quibus personis competat Magnificētia.*

*2. in operibus quæ sunt:*

*I. Sacra.*

pli

pli Dei à Salomone exstructi, 1. Reg. 6. Talis fuit & Constantinus Imperator, *sicut meminit Niceph. lib. 7. cap. 49. & deinceps.*

2. Profana  
& sunt

Opera profana sunt, quæ à magnifico propter cultum civilem instituuntur.

Opera profana sunt vel publica vel priuata.

Publica vel

Opera publica sunt, quæ in publicum usum & commodum à magnifico fiunt.

EXPLICATIO.

Exempla.

Sic plurimi Imperatores, aliiq; magnifici, partim vrbes fundasse, & instituisse, partim renouasse, restaurasse & ornamenti ac rebus necessariis locupletasse leguntur. Sic Alexander in Ægypto Alexandriam condidit. Constantinus ad Pontum Euxinum Byzantium, Constantinopolim à se denominauit, vt tradit Nicephor. lib. 7. c. 48. & Augustus Cæsar, qui cum urbem Romam multis modis auxisset, & communisset, atque etiam in posterum (quantum quidem in ipso fuit) tutam reddidisset, non sine causa gloriari dicebat, Romam lateritiam accepi, marmoream relinquo, vt Auctor Pontan. cap. 22. de Magnificen. Similiter cum propugnacula, aquæ ductus, spectacula, epulæ publicæ, theatra, triremes, & huiusmodi alia, à Magnificis fiunt.

Priuata.

Opera priuata sunt, quæ ipsum magnificum & suos spectant.

Huius-

Hu  
ce ex  
argen  
Sic Sa  
xisse d  
lib. 7. c.  
Ex  
su est

Ar  
L  
mod

Q  
cessa  
lius c  
bus  
gum  
rum  
annis  
nis sep  
Tale  
Proa  
toru  
tu, p  
riam  
Hor  
mille  
duo



Huiusmodi sunt ædificia priuata magnifice exstructa, vasa, vestes & supellex aurea ac argentea, horti amœni, & huius generis alia. Sic Salomon magnificum ædificium exstruxisse dicitur 1. Reg. 5. Cōstant. apud Nicephor. lib. 7. cap. 48.

Extremum magnificentiæ in excessu est luxus, in defectu sordes.

## EXPLICATIO.

*Aristot. lib. 2. cap. 7. & lib. 4. cap. 2.*

Luxus est vitiū in sumtibus magnis modum excedens.

## EXPLICATIO.

Quod tum fit, cum in res viles vel non necessarias profunduntur inutiliter sumtus, solius ostentationis gratia. Sicut de Pyramidibus Ægyptiacis dicere licet: *quas Plin. vocat regum pecuniæ otiosam ac stultam ostentationem: quarum vnā ait trecenta sexaginta hominum millia annis viginti construxisse. Tres vero, inquit, facta annis septuaginta octo, mensibus quatuor, lib. 36. c. 12.* Tales etiam sunt, quos notat Cicer. 2. Offic. *Prodigi sunt, qui epulis & viscerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum, venationumq; apparatus, pecunias profundunt, in eas res, quarum memoriam, aut breuem, aut nullam omnino sint relicturi.* Horum è numero fuit Anton. qui vna in cœna mille apros diuisit. *Plutarch. in Anton. Vitellius, qui duo millia piscium, & septem millia auium in vno*

*Magnificentia extrema.*

*Luxus quid.*

*Exempla.*

conui-

conuiuio apposuisse dicitur. Heliogabalus qui pomis ac floribus gemmas immiscuisse, ac tantundem ciborum per fenestram proiecisse, quantum amicis exhibuerat, dicitur

—ô prodiga rerum

luxuries, nunquam paruo contenta paratu:  
& quasitorum terra, pelagoq; ciborum  
ambitiosa fames & lautæ gloria mensæ.

*Sordes quid.*

Sordes est vitium in sumtibus magnis in decore deficiens.

EXPLICATIO.

*Exemplum.*

Cùm scilicet in magnis & splendidis operibus intempestiua adhibetur Parsimonia, vt nec sumtus operi, nec opus dignitati personæ respondeat: quod non tantum tum fit, cum opus aliquod magnifice cœptum, non eodem tenore finitur; verum etiam cum, re exigente, is qui magnificus esse debet, parce parcum se præbet. Exemplum habet Cicer. in Orat. pro Lucio Muræna, vbi Tuberonem prætura deiectum ostendit, quod dum epulû populo Romano daret, pelliculis hædinis lectulos punicanos strauerit, & vasa Samia exposuerit. Odit, inquit Cic. *populus Romanus priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit: non amat profusas epulas: sordes & inhumanitatem multo minus: Distinguit rationem officiorum ac temporum, vicissitudinem laboris ac voluptatis.* Græci vocant hoc vitium μικροπρέπειαν, quasi diceret, minus quam decorum exigit.

CAPVT

Sic  
tib  
in ho  
Ve  
gnos  
Ci  
Mag  
M  
& de  
cont

No  
cer. Se  
tatem  
Offic. i  
habena  
riam.  
pericul  
timidu  
quod  
mnes  
cap. 3.  
dit. V  
& ma  
vna in  
persua

## CAPVT V.

## DE MAGNANIMITATE.

Sic fuerunt eæ virtutes, quæ in sum-  
tibus cernuntur: sequuntur eæ, quæ  
in honoribus.

Verfantur autē circa honores Ma-  
gnos vel Modicos.

Circa honores Magnos versatur  
Magnanimitas.

Magnanimitas est virtus, in magnis  
& debitis honoribus expetendis vel  
contemnendis mediocritatē seruans.

## EXPLICATIO.

Non est vna huius vocis acceptio: Nam Ci-  
cer. Sen. alique Latini scriptores Magnanimi-  
tatem cum fortitudine confundunt. Vnde 1.  
Offic. inquit Cic. Fortes igitur & magnanimi sunt  
habendi, non qui faciunt, sed qui propulsant iniu-  
riam. Et Senec. lib. 4. de virtut. Eris magnanimus,  
pericula si non appetas, vt temerarius, nec formides vt  
timidus. Secundo accipitur pro ornamento  
quodam virtutum omnium; quo sensu per o-  
mnes virtutes eam deducit Aristotel. lib. 4. Eth.  
cap. 3. & quo modo in singulis sese gerat ostē-  
dit. Vnde & Cicer. 1. Offic. Omnis fortis animus  
& magnus duabus rebus maxime cernitur: quarum  
vna in rerum externarum despicientia ponitur, cum  
persuasum sit, nihil hominem nisi quod honestum

Magnani-  
mitas quid.  
Eius

Varia acco-  
ptiones.

1.

2.

deco-

decorumq<sub>3</sub> sit, aut admirari, aut optare, aut expetere oportere, nulliq<sub>3</sub> neq<sub>3</sub> homini, neq<sub>3</sub> perturbationi animi, nec fortuna succumbere. Altera est res, ut ut ita sit animo affectus, ut supra dixi, res geras, magnas illas quidem & maxime utiles, sed vehementer arduas, plenasq<sub>3</sub> laborum & periculorum cum vitæ, tum aliarum causarum, quæ ad vitam pertinent.

3. Tertia significatio est, quæ eam virtutem significat, quæ in magnis honoribus specialiter cernitur. Græcè μεγαλοψυχία eadem origine, qua Latine magnanimitas, ab animi magnitudine; unde etiam Animi magnitudo à Latinis nuncupatur; ut I. Offic. inquit Cicero, *Sed illud odiosum est, quod in hac elatione & magnitudine animi facillimè pertinacia, & nimia cupiditas principatus innascitur.*

*Vt differat à Modestia.*

Definitio habet Genus virtutem, & loco Differentiæ obiectum, finem etiam innuens, nimirum, honores magnos & debitos expectandos vel contemnendos. Voce magna distinguitur hæc virtus à Modestia, quæ etiam in honoribus cernitur, sed modicis. Unde sequitur, distingui etiam has duas virtutes à se inuicem causa efficiente. Nam sicut honores magni magnanimo debentur propter magna facinora: ita modici modesto propter similes res gestas, unde dicitur: *Sicut non quæuis corona quemuis decet victorem; ita non quiuis honos quemcunque hominem.*

*Honor quid.*

Honor est præmiū, quod viris claris

propter

propt

Pau

mus, qu

speciali

desto co

ta sint r

nitione

petere l

Ma

mode

mnen

Vtri

In expet

plum P

tis Rom

inter opt

repturos

ciag<sub>3</sub> sua

quam di

surum t

mulq<sub>3</sub> l

direptio

Pompei

Non iud

tra amb

In co

Pompei

Lybian

propter merita à viris bonis defertur.

EXPLICATIO.

Paulo aliter honorem antea consideraui-  
mus, quatenus viri felicitis est ornamento: hic  
specialius, quatenus vel magnanimo vel mo-  
desto competit. Magnanimo quidem, si meri-  
ta sint magna; modesto, si modica sint. Defi-  
nitionem hanc libr. I. exposuimus, vt eam re-  
petere hic non sit opus.

Magnanimitas elucet in honoribus  
moderate vel expetendis, vel conte-  
mnendis.

EXPLICATIO.

Vtriusq; exempla in Historiis multa sunt.  
In expetendo inter alia celebre est illud exem-  
plum Pompeii apud Plutarchum in Apophthegma-  
tis Romanis, cui cum triumphus à Qu. Seruilio, viro  
inter optimates claro, & à militibus, pecuniam se di-  
repturos minantibus, negaretur: cum Seruilius Glau-  
cius, suaderent, vt eam potius inter milites diuideret,  
quam diripi sineret: respōdit Pompeius, se citius omis-  
surum triumphum, quam militibus blanditurum, si-  
mulq; laureatos fasces eis obiecit, vt illius inciperent  
direptionem; quo viso: Nunc, inquit Seruilius, te  
Pompei verè magnum video, dignumq; triumpho.  
Non iudicabat esse speciosum triumphum, nisi qui ci-  
tra ambitus citraq; largitiones benefactis redderetur.

In contemnendo honore exemplum de eodem  
Pompeio idem habet Plutarchus. Is enim cum in  
Lybiam aduersus Domitium transisset, eumque in-

*In quibus  
consistat  
Magnani-  
mitas.*

*Exempla.  
I. in honore  
moderate  
expetendo.*

*2. In honore  
contemnen-  
do.*

N

genti

genti praelio superasset, militibus ipsum Imperatoris titulo consalutantibus, negavit se eum honorem admissurum, quam diu hostium vallum staret erectum. Hoc audito milites quamvis ingens obstaret pluvia, impetu facto, hostium castra adorti expugnarunt. Recusavit honorem, inquit Plutarchus, nondum factum meritum.

*Magnanimus utraque fortunam aequanimiter ferre.*

Magnanimus in utraque fortuna moderatum se præbet, & rerum momenta diligenter ponderat.

EXPLICATIO.

Hoc ex Aristotele imitatus est Cic. i. Offic. Nam & ea, inquit, quæ eximia plerisque, & præclara videntur parva ducere, eaque ratione stabili firmaque contemnere, fortis animi magnique ducendum est. Et ea quæ videntur acerba (quæ multa & varia in hominum vita fortunaque versantur) ita ferre, ut nihil à statu nature discedas, nihil à dignitate sapientis, robusti animi est magnæque constantiæ. Huc spectat illud Ouid. 2. de Ponto:

*Omnia deficiunt, animus tamen omnia vincit,  
Ille etiam vires corpus habere facit.*

Præterea:

Magnanimus nihil temere aggreditur, sed prius circumstantias diligenter examinat, ne festinatione nimia eas perdat.

EXPLICATIO.

Hoc nomine Fabium Maximum ex Ennio commendat Cicer. i. Offic.

*Exemplum.*

*Magnanimus non esse temerarium.*

Vnu  
Non  
Ergo  
Et con  
cum Epa  
corruerit

Mag  
est Sup  
Sup  
norib

Hoc  
flatu. V  
citur, i  
repreh  
quia su  
ens, qu  
est, cul  
mi, alia  
ut eue  
eptum  
dum.  
Magn  
faciet v  
quietur  
atque f  
nomen  
rius inq  
talis a

*Vnus homo nobis cunctando restituit rem:*

*Non ponebat enim rumores ante salutem;*

*Ergo postq̄, magusq̄, mori nunc gloria claret.*

Et contra Cleombrotum vituperat, qui cum temere cum Epaminonda conflisset, Lacedæmoniorum opes corruerunt.

Magnanimitatis extremū in excessu est Superbia, in defectu Pusillanimitas.

Superbia est vitium in magnis honoribus modum excedens.

EXPLICATIO.

Hoc vitium Græci *χαυρότητα* vocant, id est, flatū. Vnde qui hoc vitio laborat, inflatus dicitur, itē superbus. Hoc vitium duplici de causa reprehendendum est ex sententia Aristotelis, quia superbus iniustus est, plura sibi attribuens, quam ei merito debentur. II. quia stultus est, cultum, ornatum, & habitum, magnanimi, aliasque res affectando, quibus impar est, ut euentus docet, clam ad ea perficienda ineptum se ostendit, & propterea merito ridendum. De hoc vitio ita Seneca lib. 4. de Virtut. Magnanimitas autem si ultra modum suum extollat faciet virum minacem, inflatum, turbidum, & inquietum, & in quascunque excellentias, dictorum atque factorum, neglecta honestate, festinum: qui momentis omnibus supercilia subrigens, ut bestiarum inquietat, excitat, alium ferit, alium fugat. Sed talis aut miserum appetit finem, aut erumnosam

*Magnanimitatis extrema.*

*Superbia quid.*

*Duplici nomine reprehendi.*

*Exempla.*

N , sui

*Exempla.*

*sui memoriam relinquit. Talis fuit Caius Iulius Caesar, referente Suetonio, qui non honores modo nimios recepit, vt continuum consulatum, perpetuam dictaturam, praefecturamque morum, in super praenomen Imperatoris, cognomen patris patriae, statuam inter Reges, suggestum in orchestra: sed ampliora etiam humano fastigio decerni sibi passus est. Item Caius Caligula, qui Deorum vestimenta induebat, vt notat Xyphilin. Empedocles, qui vt in numerum Deorum referetur, Aetnam insiliit. Laërt. lib. 2. Alexand. Magnus, qui à Lacedaemoniis contendit, vt ipsorum decreto diuini honores ei decernerentur, vt obseruauit Plutarch.*

*Puſillanimitas quid.*

Puſillanimitas est vitium in magnis honoribus deficiens.

## EXPLICATIO.

*Puſillanimes quatuor modis peccare.*

1.

Cum scil. quispiam virtute & meritis clarus, honores sibi iure competentes reiicit. Huiusmodi homines quatuor modis peccare ostendit Aristoteles. I. In Deum sunt iniurii.

2.

Cum enim Deus præclara in eos dona contulerit, & propterea honoribus dignos iudicabit, eos spernendo, eorum auctorem spernere non obscure videntur. II. Se ipsos reddunt suspectos, quod sceleris alicuius sibi conscii honores dignos auerſentur. Nam, vt *Fastor.* ait Ouid.

*Conſciamens vt cuiq; ſua eſt, ita concipit intra  
Pectora pro facto ſpemq; metumq; ſuo.*

III. In

III. In  
non p  
alium  
nique  
conſe  
re pate  
Domit  
propter  
erat, v  
quibus  
ribus p

EX  
gr  
ea, qu  
ſtia n  
Mo  
debi

Vir  
deſtit  
rius ex  
nonn  
malat  
vocat  
gener  
ſum ſ



III. In eo peccant, quod aliis bono exemplo non præeant, occultante eas virtutes, quas in alium finem Deus illis cōmunicavit. IV. Denique seipso multas spoliant bonis, quæ alias consequerentur, si virtutem vires suas exserere pateretur. Hoc vitio notatus est à Suetonio, Domitianus Cæsar, qui novum honorem à Senatu ei propter merita oblatum recusavit. Decretum scilicet erat, ut quoties gereret consulatum, equites Romani, quibus sors obtigisset, trabeati, & cum hastis militaribus præcederent eum, inter lictores apparitoresq̃.

3.

4.

Exemplum.

## CAP. VI.

## DE MODESTIA.

EXposita est ea virtus, quæ in magnis honoribus versatur; sequitur ea, quæ in modicis apparet, & Modestia nuncupatur.

Modestia  
quid.

Modestia est virtus, quæ in Modicis & debitis honoribus mediocritatem servat.

## EXPLICATIO.

Virtus hæc apud Græcos proprio nomine destituitur. Appellatur autem nomine alterius extremi φιλοπρῖα, quæ vox media est, & nonnunquam in bonam, nonnunquam in malam partem accipitur. Latine Modestia vocatur. Quæ vox etiam ambigua est. Nam I. generaliter moderatum omnium virtutum usum significat, sicut lib. 3. ad Heren. describitur:

Eius acco-  
ptiones.

I.

N 3

Mode-

III. In

Modestia est in animo continens moderationē cupiditātū. Et postea: Modestiae partibus utemur, si nimias libidines honoris, pecuniae: similiaque rerum vituperabimus, si vnamquamque rem certo naturae termino definiemus. Si denique quod cuique, satis sit, ostendemus, & nimium progredi dissuadebimus, & modum vnicuique rei statuemus. II. A Stoicis, ut refert Cic. 1. Offic. pro εὐταξία, quam ita definiunt, ut modestia sit earum rerum, quae aguntur aut dicuntur, loco suo collocandarum. III. Pro temperantia. Sic idē Cic. 3. Tuscul. verisimilis etiā illud est, quis sit temperans, quem Graeci σωφρονα appellant, eamque virtutem σωφροσύνη vocant, quam soleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modestiam. IV. Pro moderatione honorum, qua significatione specialem hanc virtutem constituit. Modestia dicitur, quod modum in honoribus statuatur. Cuius definitio est satis aperta, & aucta ferē explicata. In eo enim propemodum à magnanimitate differt, quo liberalitas à magnificentia. Illa enim in magnis, haec in modicis honoribus modum praescribit. Exemplum sunt obuia, ut illud Pythagorae, qui cognitionis suae sibi conscius, se & suos non σοφῆς, sed φιλοσόφῆς appellari voluit, ut notat Laërt. libr. 1. Bias item, cui cum tripus aureus à piscatoribus inuentus, cum hac inscriptione: Sapienti deferretur, Apollinem sapientem dicens, eum non admisit. Laërt. ibidem. Et Socrates, qui se hoc vnum scire dicebat, quod nihil sciret. Laërt. lib. 2.

2.

3.

4.

Vnde dicta.

Extre-

Extremum modestiæ in excessu est  
Ambitio, in defectu Abiectio animi.

*Extrema.*

Ambitio est vitium in modicis honoribus modum excedens.

*Ambitio  
quid.*

EXPLICATIO.

Græce, φιλοτιμία, quo nomine & ipsa virtus modestia appellatur. Sumitur etiam ambitio pro superbia non raro, ut in illo Claudiani lib. 2. in Stiliconis laudibus:

*Trudit auaritiâ cuius fœdissima nutrix  
Ambitio, quæ vestibulis foribusq; potentum  
Excubat, & pretiis commercia poscit honorum  
Pulsa semel.*

Abiectio animi est vitium in modicis honoribus, etiam debitis, appetendis deficiens.

*Abiectio a-  
nimi quid.*

EXPLICATIO.

Græce ἀφιλοτιμία, quæ vox similiter aliquando in bonam partem sumitur. Extremum autem significans, honoris omnis, etiam debiti, contemptum denotat. Cuiusmodi in Cynicis Philosophis fuit. Unde de iis scribit Laërt. lib. 6. Eos diuitias, gloriam & nobilitatem contempsisse. Et de Diogene Cynico ibidem ait: Cum aliquando Alexander ei adstaret, ac diceret: Ego sum Alexander Magnus ille Rex; At ego, inquit Diogenes, Canis.

*Exempla.*

## CAPVT VII.

## DE IUSTITIA ET IVRE.

Sic fuerunt virtutes, quæ in gubernatione, externarum rerum eminent; sequuntur eæ, quæ in conuersatione munus exercent. Et apparēt vel in Actione, vel in Familiaritate.

In Actione vel nostra erga alios, vel aliorum erga nos.

In Actione nostra erga alios est iustitia.

Iustitia est habitus, quo homines sunt idonei ad ea, quæ iusta sunt, agendum, eademque agunt & volunt.

## EXPLICATIO.

Vocis huius acceptiones variæ sunt. § I. Generaliter accipitur, vt feris etiam competat. Vnde Delphinos vocat iustos, *Ælianus lib. 2. de Animal. c. 8.* eo quod venationis piscium partes inter se ita partiantur, vt maiorem prædæ partem ei relinquunt, qui capturæ causa fuit. Quædam etiam refert de Leonis Iustitia, *lib. 5. cap. 39.* Accipitur § II. Pro iustitia Theologica, tum legali seu Mosaica, tum Euangelica seu Christiana, de qua Philosophi nihil præcipiunt. § III. Pro eo officio, quod defunctis exhibetur. Vnde iusti dicuntur, qui defunctis iusta persoluunt. IV. Pro æquali prædæ

distrib-

Iustitia  
quid.

Vocis iustitia  
ambiguitas.

1.

2.

3.

4.

distr  
Quo  
vis in  
auge  
iustit  
ligitu  
socie  
Arist  
habi  
Quo  
ad iu  
dicat  
Vnd  
pr. qu  
cuiqu  
taten  
Iu  
laris  
Iu  
legi  
uati  
H  
stote  
omn  
illa e  
finiti  
nulli  
li dif

distributione, quæ inter prædones cernitur. Quomodo dixit Cic. 2. Offic. *Cum igitur tanta vis iustitiæ sit, ut ea etiam latronum opes firmet atq; augeat, quantum eius vim inter leges & iudicia, & iustitia, Reipub. fore putamus.* V. ¶ Iustitia intelligitur ea, quæ in communi hominum inter se societate cernitur, sicut hoc loco definitur ex Aristot. *lib. 5. Eth. c. 1.* Vbi generis loco ponitur habitus: Differentiæ loco tria ponuntur: 1. Quod per iustitiam apti reddantur homines ad iustas actiones, vbi facultatis perfectio iudicatur. 2. quod voluntas hoc ipsum velit. Vnde Iustinianus eam definit *lib. 1. Inst. tit. 1. in pr.* quod sit *constans & perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi.* 3. Requiritur; ut actio facultatem atque voluntatem sequatur.

Iustitia est Vniuersalis, vel Particularis.

Iustitia Vniuersalis est, qua omnibus legibus, ad publicam societatis cōseruationem, obedientia præstatur.

#### EXPLICATIO.

Hæc iustitia *νόμιμος*, legalis dicitur ab Aristotele *lib. 5. c. 1. Ethic.* quia pro obiecto habet omnium legum virtutumq; actiones. Et hæc illa est virtus, quam in generali Felicitatis definitione intellexisse Aristotelem volunt nonnulli, quæ non re, sed ratione à virtute morali distinguitur, sicut *ibidem* docet Aristotel.

*Iustitia diuiditur in vniuersalẽ & particularem.*

*Iustitia vniuersalis quid.*

N 5

quod

quod scil. virtus moralis ad habentem, iustitia vniuersalis ad alium referatur. Huius iustitiæ officium est, cum omnes virtutes morales suo ambitu comprehendat, verum earum vsum demonstrare, non solum, quomodo nos ei ga nostros gerere debeamus, sed in primis, quomodo in negotiis publicis sit versandum, vt scil. non tam priuatum, quam publicum bonum ob oculos habeamus. Et hic est ille finis, qui definitione continetur, quem ita Cicero 2. de Repub. expressit *Iustitia foras spectat, & totam se ad alienas vtilitates porrigit, atq; explicat.* Vnde facile apparet, quanta sit iustitiæ huius præstantia, siue cum quauis virtute alia, siue etiam cum iustitia particulari comparetur. Nam *ex hac vna virtute*, inquit Cic. 2. Offic. *viri boni appellantur.*

*Iustitia particularis quid.*

Iustitia Particularis est, virtus, in distributione, ac communicatione rerum, mediocritatem seruans.

#### EXPLICATIO.

Hæc proprie est iustitia, quæ specialem virtutem constituit, quæque hic consideranda venit, quæ Genus habet virtutem, Differentiam rerum externarum distributionem ac communicationem. Cuius obiectum est, res externæ, actiones distribuere, vel communicare: Finis æqualitatem in distributione vel communicatione obseruare.

Iusti.

Iustitiæ particulari cum in excessu,  
tum in defectu opponitur Iniustitia  
particularis.

## EXPLICATIO.

Nomen quidem vnum est vtriusque extre-  
mi, res tamen duplex; Constat enim quando-  
cunque iniustitia exercetur, dum vni plus æ-  
que datur, alteri minus æquo distribui; atque  
ita & in excessu, & in defectu peccatur.

Iniustitia particularis est vitium in  
rerum externarum distributione vel  
commutatione mediocritatē violans.

*Iniustitia  
particularis  
quid.*

## EXPLICATIO.

Hanc Aristoteles *lib. 5. cap. 1. ἀνισότητα*, in-  
æqualitatem appellat, quæ ab iniustitia vni-  
uersali in eo differt, quod iniustitia vniuersa-  
lis sit omnium legum & virtutum promiscua  
violatio, cum particularis in sola externarum  
rerum inæquali distributione vel commuta-  
tione appareat. De qua sic Cicer. 1. Offic. *In*  
*quibus autem maior est animus, in iis pecunie cupi-*  
*ditas spectat ad opes, & ad gratificandi facultatem;*  
*vt nuper Marcus Crassus, negabat vllam satis magnā*  
*pecuniam esse ei, qui in Republ. princeps vellet esse,*  
*cuius fructibus exercitum alere non posset. Paulo*  
*post exempla adfert. Declarauit id modo temeri-*  
*tas Caij Cesaris, qui omnia iura diuina & humana*  
*peruertit, propter eum, quem sibi ipse opinionis erro-*  
*re sinxerat, principatum. Quo nomine Quintum*

*Exempla.*

*Fabium*

*Fabium Labeonem ibidem accusat arbitrum Nolanum & Neapolitanis de finibus agri, à senatu datum, cum ad locum venisset, cum vtrisque separatim locutum, ne cupide quid agerent, nec appeterent: atque vt regredi, quam progredi mallerent. Id cum vtrique fecissent, aliquantum agri in medio relictum est. Itaque illorum fines, sicut ipsi dixerant, terminauit: In medio relictum quod erat, Populo Romano ad iudicauit. Decipere hoc quidem est: non iudicare. Quocirca in omni re fugienda est talis solertia.*

*Iustitia particularis in Distributionem & Commutatiuam dicitur. Iustitia distributiuam quid. Eius obiectum.*

*Quibus competat.*

*Proportio.*

Iustitia particularis est, vel Distributiuam vel Commutatiuam.

Iustitia Distributiuam, est iustitia particularis, quae in distributione rerum externarum pro ratione dignitatis personarum, & aequalitatis rerum singulis tribuit.

#### EXPLICATIO.

Hanc iustitiam vocat Aristoteles *Διανεμητική*, cuius obiectum sunt res externae inter plures diuidendae, siue bonae sint, vt honores, officia, dignitates, pecuniae, praemia, siue malae, vt castigationes, supplicia, poenae, & similia. Personae etiam, quibus haec iustitia competit, vt plurimum sunt illae, quae publicum aliquod munus gerunt, quales sunt Magistratus, Paterfamilias & huiusmodi aliae. Proportio denique quam haec virtus obseruat, est Geometrica, vbi personarum dignitas, inter quas fit distributio, & pretium rerum distri-

buen-

buen  
cessa  
homi  
merc  
cum  
distrib  
turi, v  
quali  
prop  
mino  
mutu  
unt c  
binar  
naria  
distrib  
milit  
nem  
Mibi  
sed et  
savid  
cum p  
opes h  
tute p  
res, eq  
iure r  
long  
est ha  
suam  
In



buendarū spectatur. Quæ proportio hic necessario est obseruanda, quia ciuitas ex variis hominum generibus est composita, non ex mercatoribus aut factoribus tantum: quare cum non sit eadem eorum dignitas, iustitiæ distributiua munus erit, ita distribuenda partiri, vt æqualia æqualibus, inæqualibus inæqualia tribuat. Sicut igitur in Geometrica proportione ratio habetur similitudinis terminorum secundum qualitatem, qua erga se mutuo sunt affecti, sicut quia bis bina efficiunt quatuor, & bis tria sex, ita sicut se habet binarius ad quaternarium, ita se habebit ternarius ad senarium, eodem modo iustitia hæc distributiua personas inter se confert, & ex similitudine, quam inter se habent, distributionem meretur. Hoc est, quod 2. *Offic.* ait Cicer. *Mihi quidem non apud Medos solum (vt ait Herod.) sed etiam apud maiores nostros iustitiæ seruandæ causa videntur olim bene morati reges constituti: Nam cum premeretur initio multitudo ab iis, qui maiores opes habebant, ad vnum aliquem confugiebant virtute præstantem, qui cum prohiberet iniuria tenuiores, equitate constituenda, summos cum infimis pari iure retinebat. Nec ab hac definitione recessit longe lib. 2. de Inuent. idem Cic. Iustitia, inquit, est habitus animi, communi vtilitate conseruata, suam cuique tribuens dignitatem.*

In distributiua iustitia obseruanda est

perfo-

*Vnde Reges  
originem  
habeant.*

*In iustitia  
distribu-*

*civica, que  
observanda.*

personarum & rerum distribuendarum  
comparatio.

Fitq; vel Separatim vel Cōiunctim.

*1. Sepa-  
ratim.*

Separatim, cum singuli termini in-  
ter se comparantur.

EXPLICATIO.

Nimirum personæ cum personis, vt con-  
sul cum prætoꝛe; res cum rebus, vt consulatus  
cum prætura; personæ cum rebus, vt consul  
cum consulatu & prætura; & prætoꝛ cum v-  
troque. Item res cum personis, vt consulatus  
cum prætoꝛe. Hic igitur recte fungetur mune-  
re suo iustitia, si personis dignis digna munia  
attribuat, & pro vt singuli merentur, eos com-  
penset.

*2. Coniun-  
ctim.*

Coniunctim, cum totum cum toto  
comparatur.

EXPLICATIO.

Quando sc. & persona & res cum alia per-  
sona & re confertur. Sic in spoliatorum distri-  
butione personam ducis cum militis perso-  
na comparando pro ratione spoliatorum plus  
duci, quam militi, & militum huic, quam il-  
li plus tribuet, pro vt quisque meritis & re-  
bus gestis excelluerit. Vnde Imperatori co-  
rona triumphalis decernebatur: aliis vero pro  
rei gestæ mole, vel Muralis ei, qui primus  
murum hostium per vim ascendisset, vel Ci-

uica

uica  
terfe  
stiu  
ei,  
tran

I  
ticu  
con  
nar  
ten  
nul

F  
λακ  
rect  
gar,  
rar.

offic  
sta p  
naru  
omn  
laud  
stoc  
non  
datij  
bonu  
dis c  
num  
cuiu

uica ei, qui ciuem conseruasset, hostemq; interfecisset: vel Castrensis; ei, qui primus hostium castra pugnans introiuisset; vel Naualis ei, qui primus in hostium naues armatus vi transiuisset, vt auctor est *Gell. lib. 5. cap. 6.*

Iustitia cōmutatiua est iustitia particularis, quæ in cōtractibus, & rerum commutatione, nullo habito personarum respectu, eam seruat æqualitatem, vt suum quisque consequatur, & nulla pars defraudetur.

## EXPLICATIO.

Hanc vocat Aristot. *lib. 5. Ethic. cap. 2. σωαλλοκτικῶν*, commutariuam, & *διορθωτικῶν*, correctiuam, quod rerum mutationem ita corrigat, vt nulla pars iniuriam sibi fieri iure asserat. Vel, vt *cap. 4. eiusdem libri tradit Aristotel.* ab officio iudicis, ad quem decurritur, cum iniusta permutatio facta est, qui seposita personarum dignitate, ita res inter se comparat, vt omnis inæqualitas corrigatur. Quo nomine laudatur apud Fulgosium *lib. 6. cap. 4.* Themistocles, qui à Simonide Poëta rogatus, vt amicum non adeo iustam causam habentem, quam commendatissimum haberet; respondit, nec Simonidem fore bonum Poëtam, nisi mensuram modumq; in canendis carminibus, quæ scribebat, obseruaret, nec se bonum prætorem habitum iri, si legibus ac iustitia alicuius gratiam preponeret. Similiter & Acrotolus

*Iustitia cōmutatiua quid.*

*Exempla.*

*apud*

apud Plutarchum in Laconicis Apophthegmatis laudatur, quem cum parentes rogarent, ut in re parum iusta ipsis obtemperaret, donec, inquit, apud vos essem, nullam omnino iustitiae & aequitatis scientiam tenebam. Verum, ubi me patriae dedistis legibusque subiectis, iis mihi magis, quam vobis erit obtemperandum.

Differre iustitiam commutativam à Distributiva.

1.

2.

3.

Differt hæc iustitia à Distributiva. 1. in eo, quod in commutatione rerum, non in distributione occupetur. 2. Quod ad priuatos imprimis pertineat, inter quos permutatio & contractus, ut plurimum fieri soleant. 3. Quod non Geometricam, sed Arithmetica proportionem sequatur, i. e. non personarum, sed rerum permutandarum habeat rationem, ita ut siue in vendendo & emendo, siue in elocando & conducendo, siue denique in quacunque tandem re alia permutatio instituat, neutra pars habeat, quod vel de lucro gloriatur, vel de damno conqueratur. Quæ proportio (Arithmetica sc.) hic ideo est obseruanda, ne si merx pretio non respondeat, altera contrahentium pars ad inopiam redigatur, & per consequens commercia penitus tollantur.

In commutativa iustitia a obseruandum esse.

1. Modum.

Ut proportio hæc Arithmetica inueniatur, tenendus est Modus & Medium.

Modus consistit in rerum inter se collatione, ut quantum una alteram vel dignitate, vel pretio superat, aut ab altera

supera-

superatur, tantum in defectu vel excessu compensetur.

## EXPLICATIO.

Vt si Mercator & Agricola mutent inter se ferrū & vinū, cum res sint dissimiles, & pondo ferri assibus quinque veniat, amphora autē vini decem, facta hic comparatione, cum proportio amphorę vini ad pondo ferri sit dupla, mercator Agricolę pro singulis vini amphoris duas ferri libras dabit. In hac Iustitia excellit *Q. Mutius Scauola* (vt in eius vita narrat *Rutilius*) qui cum aliquando postulasset, vt sibi fundus, cuius emtor erat, semel indicaretur, idq; venditor fecisset: dixit, se pluris aestimare, addiditq; centum millia. Hoc etiā elogio cōmendat *Thuriacos Stobæus* *serm. 42.* qui mercaturam exercentes absq; omni dolo vendunt omnia: apud quos si quis domū emerit, sacra facere in *Apollinis Epicomei fano*: si vero prædium, in vico, quem inhabitabat, & iurare coram Magistratu solet, quod reuera iuste emat, nec fraudulenter agat, aut arte dolove vtatur. Illo eodē modo & vendentem Magistratus iurare iubet, quod sine dolo malo vēdat.

Exempla.

Media sunt, quibus rerum pretia aestimantur, & pendent, vel à natura, vel ab instituto.

Media ea dependere.

Natura sunt pluris aestimanda, quorum maior est vsus.

I. A natura.

## EXPLICATIO.

Et hæc prima erat mercaturę instituendę

O

occaf

occafio: cum enim in diuerfis locis homines viuerent, nec fingula ad vitam neceffaria in fingulis gignerentur, commercia funt inftituta, duce natura. Nam, vt canit Poëta i. Georg.

*Hic fegetes, illic veniunt felicius vna:*

*Arborei foetus alibi, atque iniuffa virescunt*

*Gramina. Nonne vides croceos vt Tmolus odores,*

*India mittit Ebur, molles fua Thura Sabæi?*

Permuta-  
tionem ante  
inuentam  
pecuniam  
vigiſſe.

Vt igitur quod vna in regione ad vitam neceffariam maiore copia proueniret, aliis eo indigentibus impertiretur, effecit natura, vt iidem aliis rebus apud exteros largiore prouentu naſcentibus opus haberent, atque ita rerum mutatione facta, ſibi mutuo ſuccurrerent. Et talis erat ab initio rerum permutatio: antequam pecuniæ vſus inueniretur. Sic etiam Seres, in Aſia populi, mutationem inſtituiſſe feruntur, vt cum intelligerent mercatores aduentare, ſericum in loco conſpicuo deponerent, & mercatorum arbitrio abſentes æſtimationem eius relinquerent. Vnde Virgilius:

*Ignoti facie, ſed noti vellere Seres.*

2. Ab inſtituto.

Ab inſtituto res pro earum menſura nummo æſtimantur.

#### EXPLICATIO.

Pecunia in-  
uentio.

De nummi (quem Græci ἀπὸ τῆς νόμου, à lege νόμισμα vocant) inuentione varii varia referunt, vt videre eſt apud Polydor. Virgilium,

lib. 2.

lib. 2. de  
lib. 4. ca  
cet A  
nulli c  
qui vo  
dit Ari  
fus: I.  
mur, vi  
mus, q  
ſolueb  
ditori  
ceſſaria  
dem m  
faculta  
tractus  
etiam  
mus, p  
minu  
cum ſi  
tim mi  
ex ind  
in gene  
minun  
tuetur  
Aff  
Tali  
viciſſi  
In I

omines  
 Maria in  
 institu-  
 Georg.  
 ant  
 s odores,  
 bai?  
 itam ne-  
 aliis eo  
 tura, vt  
 ore pro-  
 tque ita  
 accurre-  
 mutatio:  
 . Sic et-  
 m insti-  
 t merca  
 nspicuo  
 o absen-  
 nde Vit-  
 enfura

*lib. 2. de Inuent. rer. cap. 22. Alexand. ab Alexand. lib. 4. cap. 15. Lydis hoc inuentum adscribit, licet Æginæ argentum primo signatum nonnulli credant. Apud quem plura hac de re, qui volet, legere potest. Quatuor autem tradit Aristoteles lib. 5. Eth. c. 5. nummi insignes v-*

I. Quod eius beneficio res omnes metiamur, vnde ære graui Romanos vsos comperimus, quo appenso, non numerato debita exsoluebant. II. Sponsoris vices subit, & venditori pro emtore spondet, vt si rem nobis necessariam iis superfluum, nobis concedant, eodem mediante nos eorum necessitatibus pro facultate subuenturos. III. Conseruat contractus, vt cum per eiusdem generis res, aut etiam diuersas, fidem exsoluere non valeamus, per nummum hoc possimus. IV. Hominum inter se societatem conseruat. Nam cum singuli plurimis, partim magis, partim minus, necessariis indigeant, nummus ex indigentia & copia, vel inopia, certum in genere pretium iis imponit. Atque ita hominum inter homines societatem fouet ac tuetur.

*Pecunia v-  
 sus varii.*

1.

2.

3.

4.

Affinis iustitiæ commutatiuæ est ius Talionis, quo quod alteri facimus, idē vicissim patimur.

*Lex Talio-  
 nis quid.*

EXPLICATIO.

In Lege Mosaica hoc ius valuisse Exod. 25.

*Eam à*

O 2

Leuit.

Deo in pœ-  
nis irrogan-  
dis observa-  
tam.

A iustitia  
tam distri-  
butiua, quã  
commuta-  
tiua differre.

Leuit. 24. Deuter. 19. aperte dicitur, vbi sancitur, vt dens pro dente, oculus pro oculo reddatur, q̄ Deum in pœnis obseruasse ex sacris & profanis historiis est manifestum, vt Iud. 1. Adonibefecus amputatis pollicib<sup>9</sup> manuum & pedũ occisus est, quo genere mortis 70. Reges antea affecerat. Sic David, qui adulterio peccarat, adulterio punitur, cum filius Absolon medio die vxores eius contaminat. Sic Agamemnon Clytemnestram duxit, occiso Tãtalo eius marito Thyeste filio: Ægysthus frater Tãtali Clytemnestrã absente Agamemnone corrumpit, & redeantem Agamemnonem similiter interficit: Postea & Clytemnestra mater, Ægysthus adulter ab Oreste filio Clytemnestræ sunt interfecti, vt videre est apud Eurip. in *Iphigenia Aulidensi*, & Æschylum in *Agamemnone*. Sed strictã hanc Talionis legẽ nec cũ distributiua, nec cũ commutatiua iustitia prorsus congruere probat Arist. *Eth. l. 5. c. 5.* Cũ distributiua quidẽ, quomodo in ea personarum respectus est habendus, neq; enim æquũ est, licet XII. Tabul. hoc præcipiant, vt referũt Alexand. ab Alexand. *lib. 6. cap. 10.* & Gell. *lib. 20. cap. 1.* Si quis membrum rupit, in eum Talio est. Nam sutor si Principem percutiet, satis non est, vt simpliciter repercutiatur, propter tantæ personæ dignitatem, sed grauior pœna ei erit irroganda. In commutatiua idem obseruari præcise non potest, licet non ita pro-

cul ab  
fiat re  
gener  
muta  
gem T  
mant  
proca

Iust  
stitia  
muta  
lucru

De  
tur ali  
suum  
quam  
tera,  
ternis.  
societ  
quisq  
disrun  
natur  
quod  
taret  
tradu  
se esse  
nio,  
cusa  
blio



cul ab ea differat; quamuis enim æqualis in ea fiat rerum permutatio, tamen non eiusdem generis res, cum eiusdem generis rebus commutantur, sed diuersæ cum diuersis. Hanc legem Talionis adscribit Pythagoreis à Rhadamantho acceptam, quam *ἀντιπεπονθός*, reciprocam passionem vocabant.

Iustitiæ cōmutatiuæ opponitur Iniustitia cōmutatiua, quæ in rerum commutatione æquitatē ita violat, vt huic lucrum, alteri damnū inde obueniāt.

## EXPLICATIO.

De hac iniustitia sic Cic. 3. Off. *Detrahere igitur aliquid alteri, & hominem hominis incommodo, suum augere commodum, magis est contra naturam, quam mors, quam paupertas, quam dolor; quam cetera, quæ possunt aut corpori accidere, aut rebus externis. Nam principio tollit conuictum humanum & societatem. Si enim sic erimus affecti, vt propter suum quisque emolumentum spoliet, aut violet alterum, disrumpi necesse est eam, quæ maxime est secundum naturam, humani generis societatem: vt si vnumquodq; membrum sensum hunc haberet, vt posse putaret se valere, si proximi membri valetudinem ad se traduxisset, debilitari & interire totum corpus necesse esset.* Exempla ibid. habet Cicer. in Caio Canio, equite Romano, à Pythio quodam Syracusano in hortis emendis decepto: & in Publio Calpurnio Lanario, in ædium emtio-

*Iustitia cōmutatiua extrema.*

*In iustitia commutatiua quid.*

*Exempla.*

ne à Tito Claudio Cētimalo similiter deluso.

Effectum Iustitiæ est Ius.

*Ius quid.*

Ius est iustitiæ effectū, quod in mutua societatis usu hominib<sup>9</sup> recta præscribit.

EXPLICATIO.

Definitionem hanc partim ex l. 10. Laërt. ex sentent. Epic. sumus mutuati, partim ex l. 1. Cic. de legibus: Vbi legem definit rectam rationem in iubendo & vetando.

*Iuris in Ciuile & Oeconomicum diu sio.*

Ius est vel Ciuile vel Oeconomicū.

EXPLICATIO.

Aristot. Eth. lib. 5. cap. 6. illud simpliciter, hoc secundum quid vocat, quod similitudinem quandam cum iure ciuili habeat.

*Ius Ciuile quid.*

Ius Ciuile est, quod in societate inter homines liberos & æquales, ad sufficientem rerum necessariarum copiam, colitur.

EXPLICATIO.

Ex definitione hac liquet, non eodem modo ius ciuile à Philosophis & à Iureconsultis considerari. Nam ita Arist. hic ius Ciuile definit, vt naturale ius sub se complectatur. Aliter longe ac Iustin. qui lib. 1. Inst. tit. 2. §. 1. vers. Nam quod Ciuile ius id vocat, quod quisq<sup>3</sup> populos ipse sibi constituit. Ergo ex sententia Aristot. ius hoc ciuile colitur tantum inter homines: I. liberos, & proportionem, vel numero æquales, quia inter huiusmodi solū consistit dominandi & pa-

rendi

rendi  
affice  
suppe  
ait C  
gentib  
ximos  
(quem  
cilio co  
non m  
volupt  
excella  
Iu  
mun  
Iu  
bus  
Et  
nianu  
defin  
malia  
neris p  
caelo, q  
stote  
solis h  
soli ra  
destit  
sunt.  
comp  
λιπνε  
cre à

rendi vicissitudo seq; mutuo possunt iniuria  
afficere. II. Hunc habet finem, vt in societate  
suppetant singulis res necessariae. Vnde 3. Off.  
ait Cic. *magis est secundum naturam pro omnibus  
gentibus (si fieri possit) conseruandis, aut iuuandis ma-  
ximos labores, molestasq; suscipere, Herculem illum  
(quem hominum fama beneficiorum memor in con-  
cilio caelestium collocauit) quam viuere in solitudine:  
non modo sine vllis molestiis, sed etiam in maximis  
voluptatibus, abundantem omnibus copiis, vt etiam  
excellas pulcritudine & viribus.*

Ius ciuile est Naturale vel Legiti-  
mum.

Ius naturale est, quod natura omni-  
bus hominibus indidit.

EXPLICATIO.

Et hic à iure consultis recedit Aristot. Iustli-  
nianus enim d. lib. 1. Inst. tit. 2. in princip. ita illud  
definit: *Ius naturale est, quod natura omnia ani-  
malia docuit. Nam ius istud, inquit, non humani ge-  
neris proprium est, sed omnium animalium, quae in  
caelo, quae in terra, quae in mari nascuntur. Sed Ari-  
stoteli constat suae sententiae ratio: Ideo enim  
solis hominibus hoc cōpetere statuit, quia hi  
soli rationis sunt participes, quae bestiae cum  
destituātur, iuris participes vix recte dici pos-  
sunt. Ideo etiam sub iure ciuili naturāle ius est  
complexus, quia ipsa natura homo est ζῷον πο-  
λιτικόν, animal ad societate natum, quod pul-  
cre à Ciceron. lib. 2. de Inuent. est expressum. Ac*

*Ius Ciuile  
in Naturale  
& Legiti-  
mum diui-  
di.*

*Ius Natu-  
rale quid.*

naturæ quidem ius est, quod nobis non opinio, sed quaedam innata vis adferat, ut Religionem, Pietatem, Gratiâ, Vindicationem, Observantiam, Veritatē. Religionem eam, quæ in metu & ceremonia Deorum sit, appellant. Pietatem, quæ erga patriam aut parentes, aut alios sanguine coniunctos officium conseruare moneat. Gratiâ, quæ in memoria & remuneratio- ne officiorum & honorum & amicitiarum obseruan- tiam teneat. Vindicationem, per quam vim & con- tumeliam defendendo, aut vlciscendo, propulsamus à nobis & à nostris, qui nobis esse cari debent, & per quâ peccata punimus. Observantiam, per quam ætate, aut sapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antece- dentes reueremur & colimus. Veritatem, per quam damus operam, ne quid aliter, quam confirmaueri- mus fiat, aut factum, aut futurum sit. Ex his colli- gimus I. ius naturale à natura, id est, à Deo na- turæ auctore originem habere: Is enim illud hominum mentibus in prima creatione indi- dit. Hanc ob causam illud vocat Aristot. πρῶ- του δίκαιον, primū ius. De quo Cic. lib. 3. de Le- gib. *Vnus est communis quasi magister & imperator omnium Deus, ille est legis huius inuentor, discepta- tor, lator.* II. Vim suam in omnibus sana men- te præditis exserere, & vbique apud omnes gentes immutabile esse. De qua sic Plato apud Laërt. lib. 3. *Alia est lex non scripta, & à natura ac v- su proficiscitur; quale est, non prodire nudum in forū, nec muliebri veste vti.* III. Honestatem sibi pro- positam habere. Ad ius hoc naturale, & ius

Gentium

Gent  
gent  
Qua  
enim  
sed etIt  
deci  
temH  
que C  
ius pro  
quod.ius ca  
Eth. ca  
vel ex  
sumtex hon  
tur, ne  
gressio  
men, vex fin  
Salus  
stant liuncti  
vincu  
A  
tas.  
Æ

Gentium reuocari potest, quo iure omnes gentes vtuntur, vt loco citato ait Iustinianus. Quæ duo iura & Cic. 3. Offic. confundit: Ait enim, *nec vero hoc solum natura, id est, iure gentiũ, sed etiam legibus popularibus constitutum est.*

Ius Legitimum est, quod hominum decreto in societate, ad ciuium salutem est sancitum.

*Ius Legitimum quid.*

EXPLICATIO.

Hoc illud est ius, quod à Iurecõsultis, ipsoque Cicerone, ius Ciuile solet appellari, quasi ius proprium ipsius ciuitatis. dict. tit. §. I. vers. Nam quod. Vocatur & ius positium: Item lex. Cuius causam efficientem constituit Arist. lib. 5. Eth. cap. 7. homines probabili aliqua ratione, vel ex iure naturali, vel ex circumstantiis desumpta, motos. Vnde etiã infert (Aristot.) cum ex hominum constitutione pendeat, antequam feratur, neminẽ obligare, sed semel latam sub pœna transgressionis esse obseruandam iis, quibus fertur: Ita tamen, vt cessante eius utilitate, mutari possit. quod ex fine apparet, qui est, vt docet Cic. 2. de legib. Salus & utilitas ciuium. Vnde 3. Offic. ait: hoc spectant leges, hoc volunt, incolumem esse ciuium conjunctionem: quam qui dirimunt, eos morte, exsilio, vinculis, damno coercent.

Adiunctum iuris legitimi est æquitas.

*Æquitas.*

Æquitas est correctio iuris legitimi,



5

qua

qua deficere propter generalitatem videtur.

## EXPLICATIO.

L. Placuit.  
8. C. de iudic.

Sic eam Arist. definit *lib. 5. Eth. c. 10.* vbi officiū ei hoc assignat, vt q̄ ius legitimū seu legale generaliter præscribit, id in specialibus negotiis cōmode & benigne interpretetur, propter quod eius (*æquitatis*) officiū Diotogenes, Pythagoreus eam & clementiam, iustitiæ assessores vocabat. Dicitur autem lex deficere, nō quod in lege recte instituta vllus sit defectus, sed quia generaliter tantum sancit, nec in specie propter negotiorum & circumstantiarum varietatem, quicquam constituat. Æquitas igitur hic subuenit, & in specie exponit, quod generaliter lege est sancitum. Vnde à Iure cōsultis definitur *æquitas moderatio & benigna iuris interpretatio*. Pendet igitur æquitas à prudentis iudicis arbitrio. Exemplum illustre habet Valerius Maximus *lib. 6. cap. 5. Zaleucus*, inquit, *vrbe Locrensiū à se saluberrimis atq; vtilissimis legibus munita, cū filius eius adulterij crimine damnatus, secundum ius ab ipso constitutum, vtroque oculo carere deberet, ac tota ciuitas in honorem patris: pœne necessitatem adulescentulo remitteret, aliquandiu repugnauit. Ad vltimum precibus populi euictus, suo prius, deinde filij oculo eruto, vsum videndi vtriq; reliquit. Ita debitum supplicij modum legi reddidit, æquitatis admirabili temperamento se inter misericordem patrem & iustum legulatorem partitus.*

Extrema

Ex  
καλον  
Φαντι  
Α  
sine  
expl  
D  
mia in  
iustiti  
mor C  
stitia  
Di  
Σ  
ris in  
stitu  
Ha  
verba  
à leg  
iam  
iniqu  
iuria  
tiosa  
Quo  
ille,  
c̄ta in  
essent

Extrema æquitatis sunt τὸ ἀκέρβоди-  
 καιον, summum seu strictum ius: & συγ-  
 φαντία, malitiosa iuris interpretatio.

Extrema  
 æquitatis.

Ἀκέρβοδικαιον est stricta iuris legitimi,  
 sine vlla commoda interpretatione,  
 explicatio.

ἀκέρβοδι-  
 καιον quid.

EXPLICATIO.

De hac ita Augustin. lib. de vera religione. Ni-  
 mia iustitia, inquit, incurrit peccatum: temperata  
 iustitia facit perfectos. Salsitudinem correctionis a-  
 mor Christi temperet, & dilectionem proximi sal iu-  
 stitiæ condiat. Et Terent. in Heautont.

verum illud Chreme

Dicunt: ius summum summa saepe iniuria est.

Συγφαντία est callida & malitiosa iu-  
 ris interpretatio, fraudandi gratia in-  
 stituta.

συγφαντία  
 quid.

EXPLICATIO.

Hanc Iurisconsulti vocant calumniam, cū  
 verba legis in alium sensum torquētur, quam  
 à legislatore fuerunt intellecta. Vocatur et-  
 iam à Cicerone Solertia I. Offic. vbi de hac  
 iniquitate sic loquitur: Exsistunt etiam saepe in-  
 iuriæ calumnia quadam & nimis callida & mali-  
 tiosa iuris interpretatione. Et paucis interiectis:  
 Quo in genere etiam in Republ. multa peccantur; vt  
 ille, qui, cum triginta dierum essent cum hoste pa-  
 ctæ induciæ, noctu populabatur agros, quod dierum  
 essent pactæ, non noctium induciæ. Paulo post

Exempla.

simile

simile habet: *Secundo autem Punico bello post Cannensem pugnam, quos decem Hannibal Romam adstrictos misit, iureiurando se redituros esse, nisi de redimendis iis, qui capti erant, impetrassent, eos omnes censores, quoad quisque eorum vixit, qui peierassent, nec minus illum, qui iurisiurandi fraude culpam inuenerat. Cum enim Hannibalus permissu exisset e castris, rediit paulò post, quod se oblitum nescio quid diceret: deinde egressus e castris iureiurando se solutum putabat; & erat verbis, re non erat. Atque tale est ius Ciuile.*

*Ius Oeconomicum quid.*

Ius Oeconomicum est, quod inter vnus eiusdemque domus membra, ad domesticorum sustentationem, aut generis propagationem, colitur.

EXPLICATIO.

Huic iuris nomen non nisi secundum quid attribuit Arist. idque duplici de causa: I. quia inter domesticos non fit iniuria: cum iniuria non fiat, nisi alienis, quales non sunt domestici: quippe cum liberi sint partes parètum, serui inter dominorum possessiones numerentur, maritus & vxor vna sint caro.

II. Quia domestici nō sunt inter se æquales, quo ad vicissitudinem imperandi & parendi: sunt enim iisdem legibus æqualiter obligati.

*Ius Oeconomicum in Paternum, Herile & Matrimoniale diuidi.*

Ius Oeconomicum est Paternum, Herile & Matrimoniale. Ius paternū est, q̄ inter parentes & liberos colitur.

Ius

Ius  
& seru

Ius  
ges, ma

Iuri

violati

to alic

tur.

Græc

lib. 5. Eth

improp

hæc rur

proficif

persona

iam du

opinato

χρῆμα ne

interfic

ter opin

men &

dam in

ciat: Ex

cui cum

Caue; v

superad

ex ira, r

In omni

batione

ad temp



Ius Herile est, quod inter dominū & seruum obseruatur.

Ius Matrimoniale est, quod coniuges, matrimonio coniuncti colunt.

Iuri opponitur Iniuria, quæ est iuris violatio, cū à sciente ac volente, inuito alicui præter meritū damnū inferitur.

EXPLICATIO.

Græcè ἀδικηµα vocatur, & duplex ab Arist. lib. 5. Eth. cap. 8. constituitur. Inuoluntaria, quæ improprie iniuria vocatur, & voluntaria. Et hæc rursus triplex est: vel enim ex ignorantia proficiscitur, quando qui læsit circumstantias personæ, loci, aut temporis ignorauit: quæ etiam duobus modis fit vel ἀφαιλόγως, id est, inopinato, præter agentis propositum, & ἀτύχηµα nominatur, vt si venator feram cupiens interficere, hominem interficiat: vel non præter opinionem omnino, sed absq; malitia tamen & ἀµάρτηµα vocatur, vt si quis bombardam incaute tractando vicinum globo traiciat: Exemplum habet Laërt. lib. 6. de Diogene, cui cum quidam trabem impegisset, ac postea dixisset: Caue; virga assumpta cum eum verberasset: Diogenes, superaddidit, Caue. II. Ex perturbatione aliqua, vt ex ira, metu, & terrore. De qua sic Cic. 3. Offic. In omni iniuria permultum interest, vtrum perturbatione aliqua animi, quæ plerumque breuis est, & ad tempus: an consulte & cogitato fiat. Iniuria enim

Ius Paternū  
quid.

Ius Herile  
quid.

Ius Matrimoniale  
quid.

Iniuria  
quid.

Iniuriam  
voluntariā  
esse triplicē.

I.

2.

*leuiora sunt ea, quæ repentino aliquo modo accidunt, quam ea, quæ præmeditata & præparata inferuntur.*

III. *Ex malitia de industria: & proprie iniuria dicitur: In qua requiritur I. vt inuito inferatur.*

II. *Vt qui infert, sciens & volēs inferat. III. Vt præter meritum patientis id fiat. loco sum ha-*

*bet huius exemplum Laërt. de eodem Diogene lib. 6. quem cum Medias colaphis cecidisset ac dixisset, tria millia tibi in mensa posita sunt: postridie sumto pugilum cæstu, cæsoq; ipso, dixit, tria millia tibi in mensa posita sunt.*

*Ex iniuriis bella vt plurimum originem habent: quicunque enim bella inferunt, vel veras, vel apparentes iniurias, prætendunt. Vnde Sabellicus lib. 4. cap. 9. Corinthij non stulti solum, sed dementes etiam habendi, qui non suam, non Romani populi virtutem metentes, sed præsentem animi affectum, Romanorum Legatos stercoris iniectu, pro concione violarunt. Peperit itaque iniuria illa Corinthiis excidium: iis vero, in quos immissa est, laudis incrementum, & imperii propagationem.*

*Inuoluntaria iniuria duplicis sunt generis: Alia enim sunt venialia, eo quod errore quodam contra nostram voluntatem acciderint. Alia vero sunt non venialia, eo quod ex affectu nec naturali, nec homine libero digno proficiscantur, qualia sunt, quæ ab ebriis & inuidis fiunt, de quibus in actionibus ante est dictum.*

*His ita explicatis quædam nobis subiicienda sunt axiomata ex Aristot. quorum hoc sit.*

*I. Vt qui iniuriam patitur, non debet irasci, sed moderari.*

*II. Vt qui iniuriam patitur, non debet iniuriæ sequestrari, sed moderari.*

*III. Vt qui iniuriam patitur, non debet iniuriæ sequestrari, sed moderari.*

*IV. Vt qui iniuriam patitur, non debet iniuriæ sequestrari, sed moderari.*

*V. Vt qui iniuriam patitur, non debet iniuriæ sequestrari, sed moderari.*

*VI. Vt qui iniuriam patitur, non debet iniuriæ sequestrari, sed moderari.*

*VII. Vt qui iniuriam patitur, non debet iniuriæ sequestrari, sed moderari.*

*VIII. Vt qui iniuriam patitur, non debet iniuriæ sequestrari, sed moderari.*

*IX. Vt qui iniuriam patitur, non debet iniuriæ sequestrari, sed moderari.*

3.  
Qua requirantur in iniuria proprie sic dicitur.

Inuoluntaria iniuria.

## I. Volenti non fit iniuria.

## EXPLICATIO.

*Cap. 9. lib. 5. Eth.* ita hoc probat Aristot. ex definitione iniuriæ, vbi dicitur, iniuriam facere, esse sponte aliquem contra eius voluntatem, qui patitur, lædere. Sicut autem nemo dicitur inuitus iniuriam facere, ita etiam nemo dicitur volens iniuriam pati: quare Glau-  
cus, qui pro æreis armis aurea Diomedii dedit, iniuriam nullam passus est, cum in eius potestate fuerit ea vel dare, vel sibi retinere. Ad Incontinentes vero quod attinet, nec illi proprie iniuriam sibi inferunt: non enim, ut ait Aristot. omnis læsio est iniuria: deinde nec plena voluntate agunt, sed quodammodo inuiti ab affectibus vehementioribus transfuersim rapiuntur, ut in *Medeæ apud Ouid.* lucta videre est. Idem etiam de iis, qui in honorum distributione minus sibi, quam debent, attribunt, est sentiendum; licet enim illis aliquid decedere de externis bonis videatur, tamen in aliis bonis illa cumulate compensantur: Consequuntur enim inde liberalitatis, beneficentiae & modestiae laudem, sibi que apud alios gratiam & fauorem conciliant.

II. In distributione iniqua iniustior est, qui inique distribuit, quàm qui plus accipit.

## EXPLICATIO.

Huius

*Volenti non fieri iniuriã probatur.*

*Incontinentes sibi iniuriam non inferre.*

*Iniquiorem esse in distributione, qui inique distribuat, quàm qui plus accipiat, probatur.*

1. Huius ratio est triplex I. quia actionis huius initium à distribuyente non ab accipiente proficiscitur. II. Voluntas accipientis non est ita libera, ac distribuentis: qui enim accipit, non quantum vult, sed quantum à distribuente datur, accipit. III. Cum in potestate sit distribuentis pro arbitrio suo distribuere, si quid in actione peccatur, distribuenti est assignandum, qui causa est, cur plus æquo alter accipiat.

*Iustum non posse aequè iniuriam alteri facere, sicut Inustum.*

III. Iustus non potest æque alteri iniuriam facere, sicut Iniustus.

#### EXPLICATIO.

Huius rei ratio satis est manifesta; quia iniustus ex habitu operatur, vnde actiones vni-formes & cōstantes proficiscuntur. Iustus autem licet videatur ea, quæ iniusta sunt, efficere posse, non tamen propterea iniuste agere dicitur. Etiam si etiam iniusta operetur, quia ex habitu illa non fiunt. Ideo nec David propterea tyrannus dicitur, quod Uriam interficiendum curavit, sicut nec Cambyfes iustus, quod iniusto iudici pellem detraxerit, quia neutra actio ex habitu proficiscebatur.

#### CAPVT VIII.

#### DE MANSVETVDINE.

**M**ODO fuit ea virtus, quæ in actione nostra erga alios versatur: Sequi-

tur

tur ea,  
nos ori  
Ma  
dicand

Varia  
I. enim il  
citur est  
tæ: Na  
facere se  
à fero di  
catur. V  
catur. I  
defectu p  
iracund  
tem sign  
tudo, pla  
cet in lib.  
nem & c  
tia sit sup  
dis pœni  
Ponto: C  
Regia  
Co

Hoc te  
Su  
Definiti  
Eth. lib. 4

tur ea, quæ ex actione aliorum erga nos oritur, & Mansuetudo dicitur.

Mansuetudo est virtus, quæ iræ in vindicando & puniendo modum imponit.

*Mansuetudo quid.*

EXPLICATIO.

Varias habet hoc nomen significationes: I. enim illud in genere dicitur mansuetum, quod dicitur est; Vnde feræ cicures dicuntur mansuetæ: Nam cicurare antiqui dicebant mansuefacere secundum M. Varronem, & quicquid à fero discretum est, cicur ac mansuetum vocatur. Vnde ingenium mansuetum cicur vocatur. II. Pro lenitudine etiam, quæ alias in defectu peccat. III. Hoc loco virtutem inter iracundiam & lenitudinem medium seruantem significat, Græce *πραότης*, Latine mansuetudo, placabilitas, humanitas & clementia; licet in lib. de clement. Seneca inter mansuetudinem & clementiam distinguat, quod clementia sit superioris erga inferiorem in constituendis pœnis. Quo pertinet illud Ouid. lib. 2. de Ponto: Cæsarem alloquentis:

*Eius ambiguitas.*

I.

2.

3.

*Vt differat à Clementia.*

*Regia (crede mihi) res est succurrere lapsis,  
Conuenit & tanto, quantus es ipse, viro.*

Et paulò post:

*Hoc tecum commune Diis, quod vtrique rogati,  
Supplicibus vestris ferre soletis opem.*

Definitio hæc mansuetudinis apud Aristotel. Eth. lib. 4. cap. 5. exstat, quæ genus complecti-

P

tur

tur virtutem; obiectum iram in puniendo & vindicando, ac finem in modo obseruando. Aliter non nihil Cic. lib. 2. de inuent. Clementia, inquit, est, per quam animi temere in odium alicuius inuectionis concitati comitate retinentur.

*Ira quid.*

Ira est affectus animi, cum vindictæ cupiditate ex cōtemptu nostri aut nostrorum ortus.

EXPLICATIO.

Putandum non est, omnem iram esse vitiosam, sed eam solum, quæ modum excedit, & proprio nomine iracundia appellatur. Vnde Psalm. 4. v. 5. dicitur: *Irasimini & nolite peccare.* Tribuitur etiam Deo, cui vitium nullum tribui potest; dicitur enim peccatis nostris irasci. Talem igitur iram hic definimus ex lib. 2. Rhet. c. 2. Aristot. quæ affectus sit, ideoque per se nec bona, nec mala. Deinde, quæ originē habeat ex contemptu, quo ad externa: Nam interne ex sanguinis circa cor accensione oritur, vt auctor est Aristotel. lib. 1. cap. 8. de Anima. Vnde sequitur vindictæ cupiditas. Quo respiciens Cic. 4. Tuscul. dicebat: *Ira est libido puniendi eius, qui videtur lesisse iniuria.* Et Possidonius: *Ira est cupiditas puniendi eum, à quo te inique putas lesum.* Et talis ira mansuetudinis obiectum, scilicet tum ira ipsa, tum ea, quæ iram in animo humano excitant, vt sunt iniuriæ, damna, & contemptus. Istitis nimirum imponit modum. Nam, vt Horatius ait lib. 1. Epist. ad Lollium:

— qui

Infectu

Dum p

Vt m

dendæ

Prop

tum est

Tales

cultus &

triæ, pare

famæ & e

telam spe

quod ex i

lum autē i

litā videat

incitare n

Ideo Zeno

dignari sol

quibusdam

tam ne lat

Circū

Persona

Perfo

probæ s

pœnitet

Ex con

se irascen

— qui non moderabitur iræ

*Infectum volet esse dolor quod suaferit & mens,  
Dum pœnas odio per vim festinat inulto.*

Ut modus in ira seruetur, perpendendæ sunt causæ & circumstantiæ.

Propter graues & iustas causas tantum est irascendum.

EXPLICATIO.

Tales autem causæ censentur eæ, quæ ad cultus & honoris diuini defensionem, ad patriæ, parentum, Reipubl. coniugum, liberorū, famæ & existimationis conseruationem & tutelam spectant. Ideo Cicer. I. Offic. de bello, quod ex iniuria ortum habet, loquens ait: *Bellum autē ita suscipiatur, vt nihil aliud nisi pax quaesita videatur.* Leuis igitur causa ad vindictam incitare non debet, sicut nec grauis auocare. Ideo Zenonem Eleatem maledictis infectatum, indignari solitum scribit Laërt. lib. 9. *causantibus que quibusdam, dixisse, si maledicta equo animo admittam, ne laudes quidem sentiam.*

Circūstantiæ obseruandæ sunt istæ: Personæ, Modus & Tempus.

Personis iis est irascendum, quæ improbæ sunt, nec scelerum admissorum pœnitet.

EXPLICATIO.

Ex contrario igitur colligi potest, iis non esse irascendum, qui vel imprudentiam pec-

*Mansuetudinem ponderare causas & circumstantias.*

*Propter graues tantum & iustas causas esse irascendum.*

*Circumstantiæ à modestia obseruandæ.  
Persona.*

*Exempla.*

cant vel serio culpam deprecantur, nec iis etiam qui ex cōsuetudine nemini parcunt. Præbet nobis huius rei exemplum Laërt. lib. 5. de Aristotele, quem cum loquax quidam ac maledicus multis probris proscinderet ac diceret: nunquid te satis cōtrudi? Hercle, inquit Aristot. tibi non animū aduerii. Idem de Aristippo refert lib. 2. cui cum quidam malediceret, abibat. Prosequente altero ac dicente, quid fugis? quoniam, inquit, maledicendi tu habes potestatem, non audiendi autem ego. Et adhuc in Socrate non minus egregium; quem cum quidam conuitiis afficeret, ac alius forte adstans rogaret, non tibi iste maledicit? minime, inquit Socrates; mihi enim ista non adsunt.

*1. Modus.*

Modus consistit in ira frænanda, ne vel honestatis terminos excedat, vel rationibus non cedat, vel primo impetu quicquid fiat, vel ira delicto maior sit.

## EXPLICATIO.

*Quatuor in ira obseruanda:*

- 1.
- 2.
- 3.

*Exempla.*

Hæc quatuor sunt, quæ etiam laudabilem faciunt iram: 1. ut semper honestatem ob oculos habeamus, ut hac veluti regula affectus ille regatur. 2. non simus ita vindictæ cupidi, ut recta ratio apud nos locū non inueniat. 3. non in primo iræ feruore quicquid agamus, quod sapienter Athenodorus Philosoph. Augusto Cæsari ita inquit: Cæsar, inquit, cum fueris iratus, ne quid dixeris, fecerisve, priusquam Græcarum litterarum viginti quatuor nomina apud te recensueris. Et Statius lib. 8.

*Da spatium,**Impetum,**Rationem mandandi:**Vt frangatur,**Hoc Plato**peccasset, non**alias Xenocrates**nam ipse, quod**debet excusari**his duobus**benda maxime**tus qui accipit**nebit, quæ est**igitur, ne non**In temperantia**do, & quod**Quatuor in**ribus, non**lictis, non**temporibus**Intemperantia**necam libenter**dium Pollicem**fregisse, &**humana cōsuetudine**vociferari,*



— ne fræna animo permitte calenti;

Da spatiũ, tenuemq; moram: mala cuncta ministrat

Impetus —

Rationem huius reddit Ouid. lib. 1. de Arte amandi:

*Vt fragilis glacies interit ira mora.*

Hoc Plato obseruauit: qui cum seruus aliquando peccasset, nisi iratus, inquit, essem, iam vapulasses. Et alias Xenocrati ingresso dicebat: cæde hunc puerum, nam ipse, quia iratus sum, non possum. 4. Pœna non debet excedere magnitudinem delicti. Et de his duobus postremis sic Cicer. 1. Offic. Prohibenda maxime ira in puniendo. Nunquam enim iratus qui accedet ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ est inter nimium & parum. Cauendum est igitur, ne maior sit pœna, quam culpa.

In tempore obseruandũ est, quando, & quamdiu sit irascendum.

Quando, ne nimis tarde in grauioribus, nec nimis cito in leuioribus delictis, ne in seriis consultationibus aut tempore gaudii irascimur.

#### EXPLICATIO.

Intempestiuæ iræ exemplum est apud Senecam lib. 3. de ira, ubi refert: Augusto apud Vedium Pollionem cœnante, vnum è seruis crystallinum fregisse, & momento ad piscinam murenarum, quæ humana carne saginabantur, tractum fuisse. Seruus vociferari, & ad Augusti pedes confugere, non qu

4.

3. Tempus.

I.

dem vt capitale supplicium, quo se dignum iudicabat, sed vt supplicij genus deprecaretur, ne aquis immersus, ad Elysios campos nunquam peruaderet: vbi Augustus commiseratione ductus, seruum supplicij metu liberauit, ac piscinam, crystallinis omnibus confractis, impleri terra iussit.

2. Quam-  
diu.

Ira non est diu alenda, alias in odiū aut furorem vertitur.

EXPLICATIO.

Non diu  
irascendum  
esse.

Consentaneum hoc est regulæ Apostolicæ Ephes. 4. vbi præcipit, ne Sol occidat super iram nostram. Et Saluatoris nostri præcepto, Luc. 17. vbi iubet, vt toties ignoscamus fratri, quotiescunque veniam fuerit deprecatus; quod & Ethnici cum suaferunt, tum obseruarunt. Vnde Ouid. 1. de Arte amandi:

*Sed nunquam dederis spatiosum tempus in iram,  
Sæpe simultates ira morata facit.*

Quod hoc simili expressit Plutarchus: vt non magno negotio flamma exstinguitur in pilis leporinis, aut scirpis, aut stipulis accendi coëpta: at non item si solida corripuerit; sic ira primū gliscens, facile vel ioco, vel risu compescitur, cum videmus fuman-tem adhuc; quod si processerit, vix vlllo negotio possit exstingui.

Extremum  
mansuetu-  
dinis.  
Lenitudo  
quid.

Extremum mansuetudinis in defe-ctu est Lenitudo, in excessu Iracundia. Lenitudo est vitium, per q̄ ne iustis quidem de causis ira commouetur.

EXPLI-

Vocat  
gentia,  
tentia P  
ait: Viru  
eamq, qu  
nomine a  
setur, qu  
nonnunq  
est fortass  
grauitate  
cerbitatis  
de causa  
etiam est,  
rendum a  
ro, inuiti  
nulla repe  
mine vit  
stoteles:  
stolidi vi  
ut lapide  
iecto ani  
claras ge  
Cic. sub  
locutus i  
tio, prim  
fortitudin  
probum ci  
nomine  
ceps alioq

## EXPLICATIO.

Vocatur hoc Vitium & Lenitas, item indulgentia, Cic. lenitudinē appellat. Nam ex sententia Peripateticorum loquens lib. 4. Tusc. qu. ait: *Virum denique videri negant, qui irasci nesciat, eamq; quam nos lenitatē dicimus, vitioso lenitudinis nomine appellant.* Recte autem hoc vitium censetur, quia ut idem I. Offic. ait, *obiurgationes etiā nonnunquam incidunt necessariae, in quibus vitendum est fortasse & vocis contentione maiore, & verborum grauitate acriore.* Atque etiam illud ipsum, quod acerbitalis habet obiurgatio significandum est, ipsius de causa qui obiurgetur, susceptum esse. Id agendum etiam est, ut ne ea facere videamur irati, sed ut ad vitendum ac secandum, sic ad hoc genus castigandi raro, inuitiq; veniamus: nec vnquam, nisi necessario, si nulla reperiatur alia medicina. Triplici autē nomine vitium hoc vituperandum ostendit Aristoteles: 1. quod hoc vitio laborantes, fatui ac stolidi videantur, ut qui iniurias sibi illatas, sicut lapides non sentiant. 2. quod seruili & abiecto animo esse videantur. 3. quod ad res præclaras gerendas minus apti videantur, quod Cic. sub persona Marci 4. Tusc. 4. de Peripat. locutus ita exponit: *Quorū, inquit, est talis oratio, primum multis verbis iracundiā laudant cotem fortitudinis esse dicunt, multoq; & in hostē & in improbum ciuē vehementiores iratorū impetus esse.* Hoc nomine notatur ab Aurel. Victore Nerua, Princeps alioqui optimus, quod populo in Domitia. mini-

*Iraſcendum eſſe aliquādo.*

*Lenitudinē triplici nomi e reprehendēdam.*

1.

2.

3.

*Exempla.*

P

4

stris,

stris, & amicis puniendis plus satis indulserit, vt non immerito Fronto Consul dixerit ad Populum: Malum esse sub principe viuere, qui nihil peius sub eo, qui omnia permetteret, nihil prohiberet. Hoc vitio Parentes vt plurimi laborant, & malo sæpe euentu, sicut docet Plin. lib. 9. cap. 54. Simia, inquit, catulos fero amplexu necat: Ita nonnulli parentes, immodico erga liberos affectu & indulgentia, corrumpunt illos.

*Iracundia  
quid.  
Eius*

Iracundia est vitium in ira præter iustas causas modum excedens.

EXPLICATIO.

*Ab ira discrimen.*

Ira ab Iracundia differt, quia (vt loquitur Ludouicus Viues lib. 2. de anima, in cap. de enumerat. affect.) ira est motus, iracundia est habitus, vel ingenium naturale. Ira omnis ex offensione nascitur; non est autem omnis offensio ira: differunt enim duo hæc, vt generale & speciale, sed sermone communi confunduntur. Et lib. 3. de anima, in cap. de ira: Tributa est homini ira ad appetitum rerum excellentium, vt cum videat se ac doleat ob viles abiectasq; actiones reiici, ac contemni, det operam, vt se ab illis vindicet, transferatq; ad præclaras, quæ contemni iure non possunt. Verum discrimen hoc sæpe confundi solet, vt pro ira sumatur iracundia, & contra.

*Iracundiam esse triplicem.*

Iracundia triplex est: Excandescētia, Amarulentia, & Crudelitas.

Excandescētia est iracundia, qua

I. Excandescē-

subito

subito  
scimus

Ha  
λῆ, id e  
nater, c  
testatu

Tal  
his ver

Iras

Eod

apud L  
nascen

Am

de ira

conce

nec v

quiti

rimus

Ha  
seu am  
iracun  
ita def  
dii, vlc  
bis ost

εἰπε

subito & aperte ob leuem causam irascimur, subitoque placamur.

*descendit.*

EXPLICATIO.

Hanc vocat Aristotel. ἀκροχολίαν, quod χολή, id est bilis, ἐν ἀκρῶ, in summo illis semper natet, qui hoc vitio laborant. Talem se fuisse testatur Horatius, dum de se ait:

*Exempla.*

*Irasci facilis, tamen vt placabilis essem.*

Talis etiam fuit Aufonius, sicut de se etiam his verbis testatur:

*Irasci promptus, properavi condere motum:*

*Atque mihi poenas pro leuitate dedi.*

Eodem fere modo Stoici excandescentiam apud Laërt. lib. 7. definiunt, quod sit ira mox nascens, & mox subsistens.

Amarulentia est iracundia, qua tarde irascimur, sed iracundiam semel conceptam tam diu retinemus, donec vel vindictam fuerimus consequuti, vel diuturnitate eam concoxerimus.

*Amarulentia quid.*

EXPLICATIO.

Hanc vocat Aristot. πικρότητα, acerbitas, seu amarulentiam, quæ nihil aliud est, quam iracundia specialiter sic dicta Stoicis; quam ita definiunt, quod sit ira inueterata, & plena odii, vlciscendi tempus exspectans; quod hisce verbis ostenditur:

εἰπὲρ γὰρ τὸ χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ.

*Exemplum.*

ἀλλὰ γὰρ καὶ μετόπισθεν, ἔχει νότον ὄφρα τελέσῃ.  
 Nam licet ad tempus bilem sibi concoquat atram,  
 Non tamen ira animo excedit, nisi pœna sequatur,  
 ut refert Laërt. lib. 7. Exemplum habet idem  
 Laërt. lib. 9 de Anaxarcho, quem cum aliquando A-  
 lexander in conuiuio rogasset, quidnam de cœna illa  
 sentiret? dixisse ferunt, cuncta magnifice, ô Rex: Ve-  
 rum oportebat iam caput Satrapæ cuiusdam, apponi,  
 Nicocreontem Cypri tyrannum, eius inimicum in-  
 nuens. Hoc ille agre ferens, memor iniuriæ, post mor-  
 tem Regis, cum nauî ferretur Anaxarchus, inuitusque  
 applicuisset Cyprum, comprehensum eum in saxum  
 concuum coniecit, iussitq; ferreis malleis cædi: Ana-  
 xarchum vero pœnæ suæ negligentem, celebre illud di-  
 ctum ingeminasse: Tunde, Tunde Anaxarchi vascu-  
 lum. Nam Anaxarchum nihil teris. Iubente vero illo  
 linguam ipsius præcidi, fama est, præcisam mordicus  
 in eius faciem conspuisse.

3. Crudeli-  
 tatem, quid  
 ea.

Crudelitas est iracundia pertinax  
 & aperta, quæ absque vindicta extra-  
 ordinaria placari non potest.

EXPLICATIO.

Nos crudelitatem vocamus, Græci βαρυψυ-  
 μίαν, quod ad verbum est, animi asperitas. Vi-  
 tium tyrannis familiare, sicut de Mezentio ait  
 Virgil. 8. Æneid.

Mortua quin etiam iungebat corpora viuis,  
 Componens manibusq; manus, atque oribus ora;

Tormen-

Tor  
 Con  
 Sen  
 delita  
 quam a  
 vocabo  
 bent. T  
 plena p  
 Fulgo  
 cap. 2.  
 ciuium  
 Ducas,  
 nici) ho  
 nicus C  
 etiam n  
 esse dece  
 ciis sum  
 ret. Tan  
 daorum  
 inter p  
 que eius  
 filium  
 4. Satu  
 gula, M  
 in Ner  
 Qu  
 S  
 Ple  
 quam  
 tii.

*Tormenti genus, & sanie taboq<sup>3</sup> fluentes  
Complexu in misero longa sic morte necabat.*

Seneca in lib. de clementia ad Neronem de crudelitate sic loquitur: *Crudelitas nihil aliud est, quam atrocitas animi in poenis exigendis. Crudeles vocabo, qui puniendi causam habent, modum non habent. Talis fuit Hannibal, qui inspecta fossa sanguine plena pulcrum esse spectaculum dicebat; referente Fulgos. lib. 10. cap. 11. & Valerio Maximo lib. 9. cap. 2. Mithridates, qui vna epistola octoginta millia ciuium Romanorum in Asia interemit. Andronicus Ducas, (vt auctor est Nicetas lib. 1. de Imperio Andronici) homo sordidus: & perfricta frontis: qui, si Andronicus Comnenus Imperator aliquos execrare vellet, etiam manus eis amputandas, aut in crucem agendos esse decernebat: obiurgato Andronico, quod in suppliciis sumendis infra delictorum atrocitatem subsisteret. Tandem & ipse crudeliter necatus est. Herodes Iudæorum Rex, de quo cum Augustus Cæsar audiisset, inter pueros, quos interficiendos curarat, filium quoque eius interfectum, dixisse fertur, se malle suem, quã filium Herodis esse; auctor est Macrobius lib. 2. c. 4. Saturnal. Infinita alia sunt exempla in Caligula, M. Antonio Philosopho, præsertim vero in Nerone, de quo sic Aufon.*

*Quis neget Æneæ magna de Stirpe Neronem?*

*Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.*

Plenæ sunt denique historiæ, tam sacræ, quam profanæ immanis & beluini huius vitii.

*Exempla.*

CAPVT IX.  
DE AFFABILITATE.

**I**Ta fuerunt virtutes, quæ in actione elucent, sequuntur eæ, quæ in familiaritate conspiciuntur: vbi ratio habetur vel iucunditatis, vel veritatis.

EXPLICATIO.

In fine cap. 8. lib. 4. Ethic. hanc distinctionem instituit Arist. & has tres virtutes subsequentes ἀρεταὶς ὁμιλητικαῖς, virtutes ad conuersationem pertinentes vocat.

Iucunditas autem spectatur in conuersatione, vel Seria, vel locosa.

In conseruatione Seria est Affabilitas.

Affabilitas est virtus in conuersatione seria honesta oblectando mediocritatem seruans.

EXPLICATIO.

Hanc virtutem Aristot. φιλίαν, id est, amicitiam, vocat, per metonymiam efficientis, quia (vt ait Cic. 2. Offic.) *difficile dictu est, quantopere conciliet homines comitas affabilitasq; sermonis*. Latine vocatur affabilitas, comitas, popularitas, facilitas & humanitas, cuius obiectum est oblectatio in seria conuersatione.

Officiū est hominis affabilis pro honestatis ratione eū, cum quo conuer-

satur

*Affabilitas  
quid.*

*Obiectum.*

*Officiū.*

fatur  
rant  
gress  
lis pr

Tr  
Eth. li  
ga eo  
lud in  
ctet.  
maxi  
quatu  
Ob h  
tor, qu  
statis p  
respon  
quale  
lib. 3.  
litas.  
profe  
pecca  
sertis  
tatis  
nunc  
se na  
quoda  
nia o  
quum  
epate



satur oblectare: in dictis aut factis errantem amice admonere, & in congressibus quotidianis tribuere singulis pro dignitate.

## EXPLICATIO.

Tria hæc sunt, quæ ab affabili exigit Arist. *Eth. lib. 4. cap. 6.* nimirum: I. vt affabilis ita se erga eos, cum quibus conuersatur, gerat, & in illud in primis incumbat, vt eos honeste oblectet. Vnde *Antalcidas* rogatus à quodam, quo pacto maxime quis posset placere hominibus? Si, inquit, loquatur illis iucundissima, præstet autem utilissima. Ob hanc virtutem celebris est *Traianus Imperator*, qui amicis incusantibus, quod Imperatorie Maiestatis parum memor, nimiū esset omnibus expositus; respondit, talem me præstabo Imperatorem priuatis, qualem optarem ipse priuatus, vt refert *Brisonius lib. 3. c. 4.* Verum ita præstari debet hæc affabilitas. II. Ne omnia iis concedatur: quin si quid proferant, q̄ vel in DEVM, vel in bonos mores peccare videatur, eos modeste admoneat, præsertim si putet eius admonitionem plus utilitatis & voluptatis in futurum allaturā, quam nunc in se habeat molestiæ. De *Zenone Cittien-* se narrat *Laërtius lib. 7.* eum, cum in conuiuio quodam obseruasset, quendam immoderatus obsonia omnia vorantem, nec quicquam aliis reliquum facientem, piscem ingentem qui apponebatur, è patena sustulisse, quasi solus eum esset deuoraturus.

I.

Exempla.

2.

tum

3. tum alter intuens Zenonem significabat, se mirari eius imprudentiam; cui Zeno placide respondit: quid, inquit, putas conuictoribus tuis accidere quotidie, si meam opsophagiam ferre non potes? III. Requiritur, ut cum singulis pro dignitate conuerfetur. Vbi utile fuerit Epicteti cōsilium tenuisse, qui, auctore Stobæo sermon. 3. de Temperantia, hominem, cum quo conuersamur, tribus modis considerandum suadebat, nempe aut præstantiorem nobis, aut inferiorem, aut æqualem. Præstantiori quidem auscultare & obtemperare conuenit: minori modeste persuadere: æquali autem consentire. Vnde à Thoma secunda secunda quæst. 114. definitur: Affabilitas virtus, qua homo se habet ad conuersationem in dictis & factis delectabiliter, ad omnes non equaliter. Hæc affabilitas occasionem fabulis dedit, ut Deucalion ex saxis homines formasse: Orpheus cantu syluas, saxa, ferasque traxisse: Amphion cythara Thebanos muros struxisse fingatur, quod expresse dicit Horat. in Arte Poët.

*Syluestres homines sacer, interpretq; Deorum  
Cædibus, & fædo victu deterruit Orpheus:  
Dictus ab hoc lenire Tigres, rabidosq; Leones.  
Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis  
Saxa mouere sono testudinis, & voce blanda  
Ducere quo vellet.*

*Extrema.*

Extremum affabilitatis in defectu est Morositas, in excessu Assentatio.

Morositi-

Mo  
fation  
quide

Har  
tium m  
difficiler  
neq; cur  
conferre  
scribere  
teste Cœ  
similem  
sisse affi

Aff  
uerfa  
ter ho  
conuo  
namu

Hoc  
ut plur  
tur esse  
Est genu  
volunt,  
ut irride  
admiror  
negant:  
Post  
Om

Morositas est vitiū in seria conuer-  
satione deficiens, quo ne in honestis  
quidē rebus cuiquā placere studem⁹.

## EXPLICATIO.

Hanc Græci vocant δυσκολίαν, ob quod vi-  
tium male audiebat Nero, quem a deo morosum ac  
difficilem fuisse perhibet Xiphilinus in Nerone, vt  
neq; cum seruis, neq; cum liberis hominibus sermones  
conferret, sed omnia, quæ vellet mandare, in libellis  
scribere consueuerit. Item Procopius Imperator, qui,  
teste Cælio lib 3. c. 28. per morum tristium latebras, ac  
similem habitum Crassi illius, quem in vita semel ri-  
sisse affirmat Lucill. vixit humum semper intuendo.

Assentatio est vitium in seria con-  
uersatione modum excedēs, quo præ-  
ter honestatis rationem, iis, quibus cū  
conuersamur, in omnibus placere co-  
namur.

## EXPLICATIO.

Hoc vitium in Regum & Principum aulis  
vt plurimum regnat; tales enim aulici conan-  
tur esse, qualem in Eunucho depingit Terent.  
Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum  
volunt, nec sunt. Hos confector: hisce ego non paro me,  
vt irrideant: Sed his vltro arrideo, & eorum ingenia  
admiror simul. Quicquid dicunt, laudo, id rursus si  
negant: laudo id quoque: negat quis, nego: ait, aio:

Postremo imperavi egomet mihi  
Omnia assentari.

Morositas  
quid.

Exempla.

Assentatio  
quid.

De

*Exempla.*

De Sigismundo Imperatore refert Æneas Syluius, ei, cum se assentatores veluti pestes odisse diceret, Brunonem Viennensem respondisse: tamē nullum genus hominum magis amas, quam assentatores. Tum Sigismundus, Vincis, sane, inquit: Ita enim natura comparatum est, vt cum vitandos esse adulatores dicimus, tum maxime illis hæreamus, nam ne tu mecum tam diu fuisses, nisi meis moribus blandiri assueuisses. Hoc est, quod in Lelio ait Cicer. Assentatio, inquit, quamuis perniciofa sit, nocere tamen nemini potest, nisi ei, qui eam recipit, atque ea delectatur: Ita fit, vt is assentatoribus patefaciat aures suas maxime, qui ipse sibi assentatur, & se maxime ipse delectatur. De eodem Sigismundo narrat idem lib. 1. Comment. de rebus gestis Alphons. Eum, cum adulatores odio haberet, cuidam supra modum eum laudanti, & diis similem esse dicenti, alaphas dedisse: dicenti illi, cur me cedis Imperator? Respondisse, cur me mordet adulator? Inter assentatores ὑπέσους, & adulatores, κήλακας, hoc discrimē ponit, quod adulatores commodum spectent, assentatores nullum; sed non solet hoc discrimen serio obseruari.

### CAPVT X.

#### DE VRBANITATE.

**E**Xplicanda iam venit virtus ea, quæ in conuersatione iocosa cernitur, Urbanitas appellata.

Urbanitas

Vr  
cis me

Acci  
fita qua  
eo mod  
tenus h  
modum  
ius virtu  
est, si i  
dam, qu  
borant, i  
iocus: ne  
proptere  
dicinam  
Cicer. N  
porem, h  
sum rap  
tenend  
Neg, eni  
& ad ioc  
potius; &  
Ludo au  
mno & q  
que rebu

In i  
cum h  
tantu

Urbanitas est virtus in ludis & iocis mediocritatem seruans.

## EXPLICATIO.

Accipitur nonnunquam urbanitas pro insita quadam humanitate naturæ humanæ: Sed eo modo hic non consideratur: Verum quatenus habitus est, qui in iocis, salibus, & ludis modum obseruare docet. Hæc enim sunt huius virtutis obiectum. Nec à ratione alienum est, si in ludicris etiam virtus cernatur quædam, quia, vt docet *Aristot. 8. Polit. cap. 3.* Qui laborant, inquit, egent relaxatione, & huius gratia est iocus: negotia enim sunt cum labore & conatu, & propterea oportet iocum adhibere, qui tanquam medicinam eo tempore adferat. Immo vt 2. de Orat. *Cicer.* Nullum est vitæ tempus, in quo non deceat leporem, humanitatemq; versari. Sed ne hæc aliorum rapiantur, quam à Philosopho dicuntur, tenendum illud est; quod 1. Offic. ait Cicero: *Neg, enim ita generati à natura sumus, vt ad ludum & ad iocum facti esse videamur; sed ad seueritatem potius; & ad quadam studia grauiora, atque maiora. Ludo autem & ioco vti illis quidem licet: sed sicut somno & quietibus ceteris, tum, cum grauioribus seriisque rebus satisfecerimus.*

In iocis & ludis modus obseruatur, cum honesti & liberales sunt, & non tantum oblectationis, & sapientiæ sale

Urbanitas  
quid.

Acceptiones  
eius varia.

1.

2.

Quando iocis  
utendū.

Modus iocandi  
quis.

Q condi-

conditi, sed & personis, locis atq; temporibus accommodati.

EXPLICATIO.

Hoc illud alterum est iocandi genus, quod loco citato vocat Cicero, *elegans, urbanum, ingeniosum, facetum*; quo genere, inquit, non modo Plautus noster, & Atticorum antiqua comœdia, sed etiam Philosophorum Socraticorum libri referti sunt, multaque multorum facete dicta, ut ea, quæ à sene Cato-  
*ne collecta sunt, quæ vocantur Apophthegmata.* Hoc genus, inquit, si tempore ac remisso animo adhibeatur, homine dignum est. Exempla ubique sunt obuia, ut illud Demadis, qui, volentibus Atheniensibus Alexandro honores decernere diuinos: *Videte, inquit, ne dum cœlum custoditis, terram amittatis, ut narrat Valer. Maxim. lib. 7. cap. 2.* Et Solonis ibidem, qui ab Atheniensibus damnatus, cum potionem veneni è manu carnificis accepisset, admotam labris poculo, *Vxori Xantippæ, inter fletum & lamentationem vociferanti, innocentem eum perimi: Quid ergo, inquit, Solon: Nocenti mihi satius esse mori duxisti? Anacliarsis ab adolescente in conuiuio contumeliam passus; Adolescens, inquit, si modo cum iuuenis es, vinum non fers, quando senueris aquam feres, auctor est Laërt. lib. 1.* Facetum est illud, quod lib. 2. de Aristippo refert, quem cum Dionysius iratus extremum omnium in mensa collocasset, scilicet, inquit Aristippus, *hunc locum illustrem facere voluisti.*

Exempla.

Extre-

Ext  
est Scu  
Scu

dum e

Ab A

vocar D

flagitiosu

mine dign

hibeatur

à multi

scurrilit

tiloqui

Quest. 35

seruilis i

Arcesilau

na nati se

Idem lib

adolesceni

non erube

gladium?

Ruf

cis defi

aliorum

Vitiu

ἀγροῦ τιν

tiorem v

reperitu

tio qui

Extremum urbanitatis in excessu  
est Scurrilitas, in defectu Rusticitas.

Scurrilitas est vitium in iocando mo-  
dum excedens.

Ab Aristot. vocatur βωμολοχία. C. l. de Orat.  
vocat Dicacitatem. Et i. Offic. illiberale, petulās  
flagitiosum, obscœnum iocandi genus, nec libero ho-  
mine dignum, præsertim si rerum turpitudini ad-  
hibeatur verborum obscœnitas. Differt scurrilitas  
à multiloquio secundum Thomam, quod  
scurrilitas ad verba ratione honestatis, mul-  
tiloquium ad superfluitates referatur. 2. 2.  
Quest. 35. articul. 5. Hoc vitium in parasitis &  
seruilis ingenii hominibus frequens est. Vnde  
Arcesilaus verboso cuidam & ignauo dicebat, obscœ-  
na nati seruatorum loqui solent, teste Laërt. lib. 4.  
Idem lib. 6. de Diogene refert. eum, cum decorum  
adulescentem indecore loquentem observasset, dixisse,  
non erubescis ex eburnea vagina plumbeum educere  
gladium?

Rusticitas est vitium in ludis & io-  
cis deficientes, quo nec ipsi proferre, nec  
aliorum iocos proferre valemus.

#### EXPLICATIO.

Vitium hoc vocatur Græcis ἀγροικία, &  
ἀγελότης, ab agro, in cuius incolis, ad elegan-  
tiorum vitam minus assuefactis, ut plurimum  
reperitur: sicut ab vrbe Urbanitas. Hoc vi-  
tium qui tenentur, ad conuersationem mi-

*Extrema.*

*Scurrilitas  
quid.*

*Vt differat  
à multilo-  
quio.*

*Exempla.*

*Rusticitas  
quid.*

nus sunt idonei, cum nec delectare, nec delectari possint.

## CAP. XI.

## DE VERACITATE.

**S**ic expositæ sunt duæ virtutes, quæ in familiaritate iucunditatem; restat ea, quæ veritatem spectat, & Veracitas dicitur.

Veracitas est virtus in veritate sine additione aut diminutione mediocritatem seruans.

## EXPLICATIO.

Hæc virtus Græce nomen nullum habet, Latine integritas, candor, synceritas, veritas & veracitas appellatur, proprie tamé veracitas, quæ à veritate differt, quod veritas aliquando ipsum Deum omnem veritatis fontem, nonnunquam entis affectionem: nonnunquam consensum rei & intellectus significat. Vnde 2. *Metaphys. cap. 1.* definitur ab Aristotele *adequatio rei ad intellectum*: Veracitas vero habitum dicendi verum in congressibus significat. Venit autem veracitas à vero, id est, solido & sincero; & verum rursus à vere; quoniam verno tempore Sole Arietem ingresso, omnia vere nascuntur, quæ aliis temporibus sæpe deficiunt. Obiectum huius virtutis est ipsum verum verbis aut factis ita expressum, ut in iis nihil fictum aut falsum inueniatur.

*Veracitas  
quid.*

*Vt differat à  
veritate.*

*Vnde dicta  
sit.*

*Obiectum.*

Hinc

Hinc n  
inuent.  
ea, que  
cuntur.

Vin  
modi  
ti quic  
suaqu  
ficat.

Tri  
do & sy  
1. Vt sit  
comm  
quod n  
in dict  
tiam re  
iactans  
stiam n  
det La  
qui veri  
luptate  
falsis,  
spectu g  
auditu  
reddat.  
fuisse  
cipue li  
cium v



Hinc non procul abest illa Ciceronis *lib. 2. de inuent. definitio: Veritas est, per quam immutata ea, quæ sunt, aut ante fuerunt, aut futura sunt, dicuntur.*

Vir candidus, seu verax, nec sui cōmodi causa, nec alterius gratia veritati quicquam vel addit, vel detrahit, suaque magis extenuat, quam amplificat.

## EXPLICATIO.

Tria hic sunt in primis, quæ in viro candido & sincero Aristot. *lib. 4. cap. 7. Eth.* requirit. 1. Vt sit *ἰσχυρὸς*, iustus ac bonus, nihil propter commodum priuatum vel dicens vel faciens, quod reuera non sit; 2. *ἀνὸς*, per omnia in dictis & factis nihil à vero in aliorum gratiam recedens. 3. *ἐλαττωπὴς*, sua non multum iactans, sed extenuans potius, quod modestiam magis hoc referat. Nec multo secus suadet Lactant. *lib. 6. cap. 10. diuinarum Institution.* qui veritati studet, abiiciat inimicas ac anxias voluptates, quæ animum sibi vincunt, præferat vera falsis, aterna breuibus, vtilia iucundis, nihil ad spectu gratum sit, nisi quod iuste fieri videas: nihil auditu suaue, nisi quod animum meliorem, teque reddat. Huius virtutis studiosissimi feruntur fuisse Persæ, qui per omnes ætatis gradus illud præcipue liberis suis inculcabunt, vt fugientes mendacium vera semper loquerentur, vt auctor est He-

*Officium  
in tribus  
consistere.*

1.

2.

3.

*Exempla.*

rodotus lib. 1. apud quos etiam constitutum fuit, ut qui tertio in mendacio deprehenderetur, ei perpetui silentii leges indicerentur. Artaxerxes linguas mentientium trifulco clauo affigi curabat.

*Extrema.*

Extremum veracitatis in excessu est arrogantia, in defectu dissimulatio.

EXPLICATIO.

*Mendacium triplex esse.*  
1. *Officiosum.*

2. *Perniciosum.*

3. *Locosum*  
*discrimen inter mentiri & mendacium dicere.*

Utique huic vitio mendacium genus est commune, quod lib. de mendacio triplex constituit Augustinus. I. Officiosum siue benignum, quando quippiam dicitur, quod nulli obest & alicui prodest, siue ad vitam, siue ad famam & bona externa tutanda. Et huiusmodi mendaciū venia dignum existimat, nec peccatum proprie dici debere. II. Perniciosum, quod contra fidem aut bonos mores profertur. III. Locosum, quod sola mentien- di libidine dicitur. Notandum etiam est, inter mentiri, & mendacium dicere discrimen. Mentiri est quasi contra mentem; hoc est, cōtra id, quod mens tāquam verum habet, proferre: mendacium à menda; id est, errore descendit. Itaque mendacium proprie dicit, qui ipse fallitur, cum credat se verum dicere. Unde illud Nigidii: *Vir bonus prestare debet, ne mentiatur. Vir prudens, ne mendacium dicat. Quid lucrifacerent mendaces interrogatus Aristoteles, respondit, ut vera loquentibus illis non credatur, ut testatur Laërt. lib. 5.*

ARRO-

Ar  
quæ n

Græ  
tia, van  
Offic. a

tim, &

gloriosu  
laudare

vani: vi

sthene

eius vita

inferend

concitar

ei dixisse

tui: Illi e

ctus. Fa

idem rec

ferripost

delicet q

ctantiā

narras:

ego recep

Di

fectu

bis ad

traria.

Null

Arrogantia est mendaciū, quo ea, quæ non habemus, nobis arrogamus.

Arrogantia  
quid.

## EXPLICATIO.

Græcis ἀλοζονεία, Latinis arrogantia, iactantia, vanitas, ostentatio. De quo vitio sic Cic. i. Offic. *deforme est de seipso prædicare, falsa præsertim, & cum irrisione audientium imitari militem gloriosum.* Unde Arist. monebat suos, ne se vel nimium laudarent, vel vituperarent: *Laudare enim seipsum, vani: vituperare stulti est.* Hoc vitium in Lyco- sthene eleganter reprehendit Phocion (sicut in eius vita recenset Plutarch.) qui cum Athenienses ad inferendum reliquæ Græciæ bellum assiduis stimulis concitaret, ac de se multa variaq; iactaret; Phocion ei dixisse fertur, *cupressis sunt plane similes sermones tui: Illi enim magni sunt, nec tamen ullos ferunt fructus.* Facetum est & illud, quod in Apophtheg. idem recitat de Marco Livio: qui cum sibi acceptum ferri postularet, quod Fabius cepisset Tarentum: videlicet quod in arce præsidium habuisset: ceteris iactantiam hominis deridentibus: *Vera* (inquit Fabius) *narras: Nam nisi tu civitatem amisisses, nunquam ego recepissem.*

Exempla.

Dissimulatio est mendacium in defectu veritatis peccans, quo ea, quæ nobis adsunt, negamus, fingimusq; contraria.

Dissimulatio  
quid.

## EXPLICATIO.

Nulla sunt (inquit Cicer. actione 3. in Ver.) occultiores

*εἰ γοῦν αἰσῶν  
semper cul-  
panda.*

*Dissimula-  
tores esse du-  
plices.*

tiore*s* insidiae, quam quae latent in simulatione officij, aut in aliquo necessitudinis nomine. Nam eum, qui palam est aduersarius, facile cauendo vitare possis; hoc vero occultū, intestinum, ac domesticum malum, non modo existit, verum etiam opprimit, antequam prospicere atq; explorare potueris. Græci εἰ γοῦν αἰσῶν vocant, quæ non semper vitio vertitur, quia (vt ait Cic. de clar. Orat.) est minime inepti hominis, & eiusdem etiam faceti, cum de sapientia disceptatur, hanc sibi ipsam detrahere, eis tribuere illudentem, qui eam sibi arrogant, vt apud Platonem Socrates in cælum effert laudibus Protagorã, Hippiam, Prodicum, Gorgiam, ceterosq; se autem omnium rerum inscium fingit & rudem. Duplicis autem generis dissimulatores recenset Aristot. quorum quidam ea dissimulant & extenuant, quæ aliis sunt incognita, an iis adsint, nec ne; qui non alio fine hoc faciunt, quam vt arrogantia suspicionem euitent. Quidam vero ea negant sibi adesse, quæ aliis sunt cognita, idque ideo, vt dum se extenuant, modestiæ laudem maiorem consequantur, cum interim longe aliter de se sentiant, aliudque captent.

## CAPVT XII.

### DE VIRTUTE IMPERFECTA.

*Continentia scilicet & Tolerantia.*

**E**Xpositæ hucusq; sunt virtutis moralis Perfectæ species: proximum est, vt virtutem imperfectam explicemus.

Sic

Sic enim  
institutum  
Virtutis  
bitus  
titum  
tioni

Non  
perfe  
virtus  
ut poti  
paret,  
& plen  
at: Imp  
in appo  
lucta a  
2. lib. 7.

Im  
tinen  
Co  
qua i  
misq;  
nirel

Co  
tinent  
ta: Ait  
tinetur  
defensio

Sic enim cum lib. 2. cap. 3. tum lib. 3. ab initio instituimus.

Virtus Moralis Imperfecta est habitus electivus imperfectus, qui appetitum indomitum, & reluctantem, rationi subiicit.

EXPLICATIO.

Non alio fere modo inter se imperfecta & perfecta virtus differunt, quam quod perfecta virtus sit habitus perfectus; imperfecta vero sit potius dispositio; quod in eo praesertim apparet, quod virtus perfecta cupiditates plane & plene domitas sub freno rationis contineat: Imperfecta autem nondum plenum habeat in appetitum dominium; Ideoque magna cum lucta ad officium eum reuocat, sicut cap. 1. & 2. lib. 7. Ethic. docet Aristot.

Imperfectæ virtutes duæ sunt: Cōtinentia & Tolerantia.

Continentia est virtus imperfecta, qua inordinati affectus omnes inprimisq; alimenti & Veneris, rectæ rationi reluctantes, inuiti subiiciuntur.

EXPLICATIO.

Continentia varia significat. Nam I. Continentia vocat Cic. in Topic. defensionis argumenta: Ait enim, quibus autē hoc, qua de re agitur, continetur, hæc continentia dicentur, quasi firmamenta defensionis, quib; sublatis defensio nulla sit. II. Con-

*Virtus Moralis imperfecta quid.*

*Quomodo à perfecta virtute differat.*

*Duas esse Continentiam & Tolerantiam. Continentia quid. Vocis ambiguitas asseruitur.*

1.

2.

Q s tinentia

*Discrimen  
inter Conti-  
nentiam,  
Temperan-  
tiam & Ab-  
stinentiam.*

*Continētia  
unde dicta.*

*Obiectum.*

continentia est, per quam cupiditas consilii regi-  
tur, vt lib. 2. de Inuent. inquit Cic. Quo sensu tem-  
perantia eam subiicit, sicut *ibid.* videre est. III.  
Confundi solent & promiscue vsurpari ista  
voces continētia, temperantia & abstinentia.  
Hoc tamen est discrimen, quod Abstinentia  
proprie & ciborum moderato vsu cernatur.  
Temperantia latius se extendat, & tam gulæ,  
quam Veneri modū præscribat? Continētia  
adhuc latius omniū sensuum cupiditates, in-  
primis tamen gustus & tactus regat. Differt igi-  
tur continētia à Temperantia, quod conti-  
nentia latius pateat, quam Temperantia. 2. q̄  
Temperantia suos affectus ita habeat domi-  
tos, vt vltro rectæ rationi pareant; Continen-  
tia vero prauas cupiditates adhuc reluctantes  
habeat, quibus vi quadā resistere cogatur, vt  
eas in obsequium rationis adducat; sicuti c. 2.  
& 4 lib. 7. Eth. exponit Aristot. Vnde etiam dicta  
Græcis ἐγκρατεία, Latinis continentia, à conti-  
neo, quod est inuitum, quasi & repugnantem  
teneo. Eodē etiā modo à virtutibus aliis per-  
fectis differt. Et præterea (vt eiusdem lib. c. 7. edo-  
cetur) agendi modo. Nam temperans, iustus,  
&c. consulto & plena voluntate agunt: Con-  
tinens verò ex solo affectu, quia habitus in eo  
non est consummatus. Ex his liquet, virtutis  
huius obiectum esse voluptates in genere: in  
specie vero eas, quæ ex gustu & tactu percipi-  
untur, ita tamen, vt aliorum sensuum affectus

guber-

gubern  
i. Offi  
gam Se  
uenissen  
que Sop  
enim pr  
sed otu  
cæ epist  
carere a  
rire: ha  
ditas re  
& defici  
cipue  
affecti  
stere,  
nere.  
opulent  
tatum f  
tinenti  
Attic. c  
ptati re  
Sed  
ne est  
nus et  
dictur  
tius ist  
interin  
à perti  
bono  
melio

gubernet: Ex quo illud est, quod habet Cicer. 1. Offic. Bene Pericles, cum haberet in prætura collegam Sophoclem Poëtam, hiq; de communi officio conuenissent, & casu formosus puer præteriret, dixissetque Sophocles, o puerum pulchrum, Pericles ait: At enim prætorem, Sophocle, decet, non solum manus, sed oculos abstinentes habere. Quo & illud Senecæ epist. 56. recte pertinet: Molestum est, inquit, carere assuetis voluptatibus, abstinere cibo, sitire, esurire: hæc primo abstinentiæ grauia sunt: deinde cupiditas relanguescit, ipsis per se cupiditatibus fatigatis & deficientibus. Quare ex his constat, licet præcipue in moderandis cibi, potus, & Veneris affectibus occupetur: hic tamen non subsistere, sed & aliis cupiditatibus frena imponere. Ideo Apollonius interrogatus, quo quis facto opulentus euaderet; si continens, inquit, & cupiditatum fuerit inops, vt testatur Stobæus Serm. de Cōtinentia. Et hoc sensu, Cicer. lib. 5. epistol. 105. ad Attic. dixit, Continentiam esse virtutem, quæ voluptati resistat.

Sed quia de voluptate, quatenus commune est virtutum moralium obiectum; quatenus etiam temperantiam respiciat, antea est dictum, cum constet de earū discrimine, diutius istis non immorabimur. Notandum est interim, quod lib. 7. c. 9. docet Arist. continentem à pertinace in eo differre, quod continens in bono tantū proposito perseueret, idq; ita, vt melioribus & firmiorib<sup>9</sup> rationib. facile cedat.

Continentiam a pertinacia differre.

Perti-

Pertinax vero in quocunque tandem proposito ita immutabiliter persistat, ut nullis prorsus rationibus locum det.

Continentia extrema.

Extremum continentiae in excessu est Incontinentia, in defectu nomine caret.

Incontinentia quid.

Incontinentia est vitium, cum in affectibus aliis, tum in Gula & Venere modum excedens, ita ut à pravis cupiditatibus quodam modo inuita ad peccandum pertrahatur.

EXPLICATIO.

Incontinentia & intemperantia discrimen.

Ab intemperante distinguitur incontinens, in eo praesertim, quod intemperans rationem habeat plane corruptam, nec quicquam imperii in voluptatem habentem, sed plenis (ut aiunt) velis voluptatē sequentem, sicut 4. Tuscul. ait Cicer. *omnium autem perturbationū fontem esse dicunt intemperantiam, quae est à tota mente ac recta ratione defectio, sic auersa praescriptione rationis, ut nullo modo appetitiones animi nec regi, nec contineri queant.* Incontinens vero rationem adhuc habet nō penitus extinctam, licet debiliorem, quam ut possit vehementiores affectus debellare, ut cap. 2. lib. 7. Eth. docet Aristoteles. Quod ut melius intelligatur notandum est, quod 3. cap. eiusdem lib. praecipit Aristoteles.

Incontinentem partim

Incontinens partim sciens, partim ignorans peccat; eo quod licet vniuersale

teneat,

teneat  
action

Hæc  
ex Arist

vnam  
tia de

gendo

entiam

destitu

niuersa

uiunt;

in assu

applic

ri debe

rim ta

tur eni

parata

te vten

tibus,

illum

vel illa

mecta

iam ab

fas var

contir

applic

sam ex

tum &



teneat, tamen in specie singularibus actionibus non applicet.

*scientem,  
partim in-  
scium pec-  
care.*

EXPLICATIO.

Hæc ut melius percipiantur, tenendum est ex *Aristot. loco citato*, duplicem esse scientiam, vnam Contemplatiuam, quæ habitum scientiæ denotat: alteram practicam, qua in agendo utimur. Habet ergo incontinens scientiam illam contemplatiuam, sed practica destituitur. Nouit scilicet propositiones vniuersales, etiam eas, quæ actionibus inseruiunt; ut omne vitium esse fugiendum, sed in assumptionibus peccat, quia eas vel nescit applicare vel negligit. Nec mirum hoc videri debet, ut quis vniuersale intelligat, interim tamen particulare ignoret: Considerantur enim propositiones vel in se & à rebus separatae, ut cum dicitur in omni feбри ardente utendum esse refrigerantibus & humectantibus, vel in rebus singularibus, ut hunc vel illum hominem feбри ardente laborare, hanc vel illam herbam vim refrigerandi aut humectandi habere. Illud sciri, hoc ignorari etiam ab vno eodemque potest. Huius rei causas varias assignat Aristoteles, quod scilicet incontinens, licet vniuersale teneat, tamen in applicatione aberrat: præcipuam autem causam ex naturali dissidio, quod inter appetitum & rationem cernitur, adducit. Nam

dum

dum ratio, quod rectum est intuetur, illudq; appetitui persuadere conatur, cum labore tamen & molestia coniunctum, appetitus contra cum imprimis sequatur, quæ sensibus grata & à molestia maxime sunt remota, quamvis cum turpitudine sint coniuncta, oritur pugna, in qua ratio appetitui sæpe succumbit; quam *luctam in carnem & spiritum* vocant Sacrae literæ; quam *ad Rom. 7.* scribit Apostolus. Addit & alias causas Aristoteles, ut 1. vehementiores animi perturbationes, quales sunt ira, odium, amor, metus & similes. 2. Corporis aliquam affectionem, ut morbum, cruciatum, somnum, ebrietatem. 3. Externam aliquam vim aut coactionem. Comparat autem Aristot. intemperantes dormientibus & ebriis, qui ante & post somnum ac ebrietatē, eorum, quæ agunt, scientiam habent, in ipso autem somno & ebrietate similes sunt ignorantibus. Itaque ante actionem sciunt; post actionem eos pœnitet; in ipsa actione occæcantur, sicut primorum parentum docet exemplum.

*Incontinentiam esse  
dupl. cem.  
Præcipitantia  
quid.*

Incontinentia est duplex, Præcipitantia & Infirmitas.

Præcipitantia est Incontinentia, qua subito per imprudentiam ad peccandum à vehementiore affectu abripi-mur.

Hanc

Hanc  
dam ex  
ante qu  
fectu ve  
Infi  
liquan  
tes, ta

Exer  
ante à m  
à d'éve  
Ext  
est, cu  
tur, vt  
tem a

Hoc  
cum vi  
volupta  
Arqu  
To  
qua re  
dam d  
mus.

Tol  
eius aff  
quoqu

## EXPLICATIO.

Hanc incontinentiam minus reprehendendam existimat Aristotel. *lib. 7. cap. 7.* eo, quod, antequam de remedio cogitari potuit, ab affectu vehementiore præcepta feratur.

Infirmetas est incontinentia, qua aliquandiu pravis affectibus resistentes, tandem succumbimus.

*Infirmetas  
quid.*

## EXPLICATIO.

Exemplum in Medea est manifestum, sicut ante à nobis est relatam. Hanc vocat Aristot. *αὐθιγία*, priorem illam *αὐθιγία*.

Extremum continentiae in defectu est, cum quis voluptates adeo auersatur, ut nec propter honestam voluptatem aliquid laude dignum suscipiat.

## EXPLICATIO.

Hoc postremum nomine caret; nec mirum, cum vix ullus reperiat, qui omnes prorsus voluptates contemnat.

Atque tantum de continentia.

Tolerantia est virtus imperfecta, qua res aduersas & laboriosas cum quodam dolore, honestatis gratia perferimus.

*Tolerantia  
quid.*

## EXPLICATIO.

Tolerantia à nonnullis fortitudini tanquam eius assecla adscribitur, eo quod in periculis quoque versetur. Quare Valerius Maximus

*Fortitudinis  
& Tolerantiae*

*lib. 3.*

*Similitudo.* lib. 3. cap. 3. de ea dicturus, ita inquit: Egregiis virorum pariter ac foeminarum, operibus fortitudo se oculis hominū subiecit, patientiamq; in mediū prodire hortata est, non sane infirmioribus radicibus stabilitum, aut minus generoso spiritu abundantem, sed ita similitudine iunctam, ut cum ea vel ex ea nata videri possit. Verum præcipuum hic est discrimen, quod tolerantia non adest aduersa, sicut fortitudo, sed ferat. Nec etiam ferat immoto animo, sed cum molestia & pugna quadam doloris. Vocatur & patientia, cuius munus est non ferre modo, sed dolores utcūq; molestos perferre. Homines nos esse meminerimus (scribit Cic. 5. Famil. Epist.) ea lege natos ut omnibus telis fortuna proposita sit vita nostra; neq; esse recusandū, quo minus ea, qua nati sumus, cōditione viuamus, neve tam grauiter eos casus feramus, quos nullo consilio vitare possumus, euentusq; aliorum memoria repetentes, nihil accidisse nobis noui cogitemus. Insignis est patientiæ in Iobo sancto Dei seruo, exemplū. Reperiuntur etiā inter Ethnicos, qui aduersa magna magno animo tulere. Sicut de Mutio Scæuola dextrā sibi in Porsenæ castris; de Pōpeio, digitū similiter apud Gentiū regēambutente; deque aliis lib. 3. c. 3. refert Valer. Max. Exstant etiam varia exempla apud Ælianum lib. 2. cap. 3. & 4. quorum nomina cum laude æternum vigeant; sicut 3. de Tristib. canit Ouid.

*Scilicet aduersis probitas exercita rebus,  
Tristi materiam tempore laudis habet:*

*Discrimen.**Exempla.*

Si ni-

Si ni  
F  
Ex  
est per  
Per  
ceden  
honest

Tale  
ut Cice  
pueri ad  
visceribu  
ibi essem  
nemo ex  
De Spar  
esset fura  
stia illu  
lasse. Ce  
centibus  
rem vsq;  
loribus i  
tiem vit  
illud sc  
ci, quos  
c. 9. Eth  
qui pro  
nantur  
qui lice

*Si nihil infesti durus vidisset Vlysses,  
Penelope felix, sed sine laude, foret.*

Extremum Tolerantiæ in excessu,  
est pertinacia, in defectu mollities.

Pertinacia est vitium modum ex-  
cedens in aduersis, quo quæuis sine  
honestatis ratione perferimus.

EXPLICATIO.

Tales fuisse Spartanos non pauci testantur,  
vt Cicer. lib. 2. Tuscul. Quæst. *Spartæ vero, inquit,  
pueri ad aram sic verberibus accipiuntur, vt multus è  
visceribus sanguis exeat: nonnunquam etiam (vt, cum  
ibi essem, audiebam) ad necem: quorum non modo  
nemo exclamauit vnquam, sed ne ingemuit quidem.  
De Spartano puero fertur & illud, cum vulpeculam  
esset furatus, eamq; sub veste abditam teneret, & be-  
stia illius latus ad intestina roderet, tacitum dissimu-  
lasse. Ceterum quibusdam eum obiurgantibus ac di-  
centibus, præstat detegere vulpeculam, quam ad mor-  
tem vsq; cælare. Nequaquam, inquit, imo præstat do-  
loribus immori, quam hac nota traduci, vt ob molli-  
tatem vitam ignominiosam lacri fecisse dicar. Hic &  
illud sciendum, pertinaces in verbis etiam di-  
ci, quos triplices constituit Aristoteles lib. 7.  
c. 9. Eth. quorum Primi dicuntur ἰδιογνώμονες,  
qui proprias suas sententias pertinaciter co-  
nantur defendere: Secundi ἀμαθεῖς, indocti,  
qui licet nequeant rationibus opiniones suas*

*Extrema.*

*Pertinacia.*

*Exempla.*

*Pertinaces  
in verbis  
triplices esse.*

1.

2.

R

tueri,

Si ni-

3. tueri, ab iis tamen recedere nolunt. Tertii *α-γοινοι*, agrestes & rudes dicuntur, qui nec intelligere, nec audire aliorum rationes volunt, sed suis mordicus insistent, non multum interim solliciti, bene an secus sese habeant.

*Mollities  
quid.*

Mollities, est vitium in aduersis deficient, quo nullas plane molestias aut dolores, honestatis gratia, perferre volumus.

EXPLICATIO.

Est & alia mollities, quæ in Temperantia est explicata, cuius hæc est veluti soboles quædam, vocatur & Malitia in oratione pro Publ. Sylla.

*Duplicem  
esse mollitiẽ.  
Mollities  
Insita.*

Mollities est vel Insita, vel Quæsitæ. Mollities Insita est, quæ natura loci, ætatis, vel sexus, quibusdam inest.

EXPLICATIO.

*Exempla.*

Hinc male audiebant Iones, ita ut in proverbium abierit, Ionum mollities: hi enim primi, unguenti, & coronarum in conuiujs dandarum, ac secundæ mensæ cõsuetudinem introduxerunt. Vnde Horatius:

*Motus doceri gaudet Ionicos*

*Matura virgo.*

*Exempla.*

De mollitie Sibaritarum, vide Athenæum lib. 12. c. 6. Ætate etiam pueri grandiorib. sunt molliores: Sic fœminæ viris ratione sexus, atque hæc mollities tolerari potest.

Molli-

Mo  
volun

Atq  
ptuarii  
diti su  
lib. 5. G  
i. notat  
fecti su  
inuitar  
cœnan  
Hannib  
hybern  
ros se in  
ret. Pl  
loco cit

DE VI  
bus:

TR  
S

Non  
libas in  
dem fe  
non ta

Mollities quæ sita est, quæ nostra voluntate ac culpa contrahitur.

## EXPLICATIO.

Atque mollities talis in hominibus voluptuariis, delicatis, ignavis, ac iis qui ludis dediti sunt, maxime apparet. Vnde à Strabone *lib. 5. Geographiæ* & Valer. Maximo *lib. 9. cap. 1.* notantur Campani, qui eo delitium profecti sunt, ut ad gladiatorum paria conuiuas inuitarent ad cœnam, numerum eorum pro cœnantium dignitate definiens. Cum vero Hannibali sese dedidissent, exercitum eius in hybernis ita corruerunt, ut Hannibal ipse viros se introduxisse, fœminas eduxisse affirmaret. Plura exempla qui volet, ex Val. Maximo loco citato petet.

*Mollities  
quæ sita  
quid.*

*Exempla.*

## CAPVT XIII.

DE VIRTUTIBVS INTELLECTVALIBUS: *Intelligentia, Scientia, Sapientia, Prudentia, & Arte.*

TRadita iam est Virtus Moralis: Superest virtus Intellectualis.

## EXPLICATIO.

Non iniuria de istis virtutibus Intellectualibus in Ethicis præcepta traduntur: Siquidem felicitas, seu summum hominis bonum, non tantum virtutibus Moralibus, sed & istis

*De Intelle-  
ctualibus  
v. virtutibus  
in Ethic. a-  
gendum esse.*

R 2

Intel-

Intellectualib<sup>9</sup> acquiritur. Huc accedit, quod Prudentia, quæ inter intellectuales non est postrema, virtutum omnium moralium rector sit: Sine qua munere suo neutiquam recte defungi possint. Hoc interim fatemur, plenariam harum cognitionem hic non esse expectandam, sed quanta faciat ad felicitatis adeptionem, & mediocritatis directionem. Reliqua partim à Metaphysico, partim à Physico sunt petenda.

Virtus Intellectualis, est habitus animi rationalis, qua mens nostra affirmando vel negando verum enunciat.

EXPLICATIO.

Virtus hæc Græce *Διανοητική*, à *Διάνοια*, quæ vox proprie discursum significat, quomodo alteri tantum animi rationalis parti, *λογιστική*, scilicet respondet. Verum latius hoc loco sumitur, ut cognitionem generaliter significet, quatenus à *νοῦς*, id est, mens, descendit, quæ vox totam illam animæ partem rationalem significat. Et hoc illud est, quod nomine rationis tam prolixè commendat Cicero i. *Offic.* Homo autem quoniam rationis est particeps, per quam consequentia cernit, principia & causas rerum videt, earumque progressus, & quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat, rebusque presentibus adiungit, atque adnectit futura: facile totius vitæ cursum videt, ad eamque degendam

*Virtus intellectualis quid.*

*Vnde dicta Græcis.*

prepa-

prepar  
homin  
ta soci  
Ge  
mune  
atum  
ea ani  
tum li  
docet  
tium,  
νοια, se  
lius ha  
ces, si  
in app  
ius vir  
misq, h  
stigatio  
vacui, t  
cogniti  
bilium  
cimus.  
cerumq  
Multi  
incom  
lis fui  
Laert.  
tus, q  
ideoq  
rius li  
hil sci



*preparat res necessarias, eademque natura vi rationis hominem conciliat homini, & adorationis & ad vitæ societatem.*

Genus huic virtuti cum morali est commune, habitus nimirum. Differentia subiectum & finem complectitur. Subiectum est ea animi pars, quæ rationalis appellatur, sicut tum *lib. 6. cap. 1.* tum *lib. 1. cap. vlt. Ethic. Aristotel.* docet. Nec quicumque est vere Philosophantium, qui refragetur. Est ergo mens, seu *ἄλογος*, sedes totius Philosophiæ, & præterea illius habitus, qui in efficiendo gubernat artifices, si habitum virtutis moralis excipias, qui in appetitu residet. Finis, vt & obiectum huius virtutis est veritas. Vnde *1. Offic. Cic. in primisq; hominis est propria veri inquisitio atque investigatio. Itaque cum sumus necessariis negotiis curisq; vacui, tum auemus aliquid videre, audire, addiscere, cognitionemq; rerum aut occultarum, aut admirabilium ad bene beateque viuendum necessariam ducimus. Ex quo intelligitur, quod verum, simplex, sincerumque sit, & esse naturæ hominis aptissimum.* Multi tamen fuerunt, qui veritatem prorsus incomprehensibilem esse affirmarunt, qualis fuit Pyrrho, eiusque sectatores, vt testatur *Laërt. lib. 9.* Empedocles etiam & Democritus, qui veritatem in profundo demersam dicebāt, ideoque nos nihil nosse. Quod & Lactantius *lib. 3. capit. 6. diuinar. institut.* ait enim, vt nihil sciri posse sciendum sit, aliquid scire necesse est:

*Mentem esse sedem Philosophiæ.*

*Finis virtutis Intellectualis quis.*

*Veritatem esse incomprehensibilem ex sententia quorundam Philosophorum.*

Veritatem  
esse mentis  
obiectum,  
& quomodo  
eam inue-  
stiget.

Sensus esse  
satellites a-  
nimi.

Sensus falli,  
opinio quo-  
rundam.

nam si omnino nihil scias, & ipsum nihil sciri tol-  
letur. At Chius Metrodorus (inquit Cicero in Lu-  
cullio) initio libri, qui est de Natura; nego, inquit,  
scire nos, sciamus ne aliquid, an nihil sciamus, ne id  
ipsum quidem Nescire aut Scire scire nos, nec omni-  
no sit ne aliquid, an nihil sit. Plurimi autem in  
hac fuerunt opinione. Verum (vt loquitur  
Cicero i. Offic.) Aristonis, Pyrrhonis & Herilli  
iampridem explosa est sententia. Relinquitur  
ergo, veritatem esse mentis proprium ob-  
iectum; quam duobus modis inuestigat.  
1. Contemplando, quod munus est partis  
ἡπιστημονικῆς, atque talis veritas contempla-  
tiua inde nominatur. 2. Transferendo ad  
actionem & vsum; & veritas πρακτικὴ dici-  
tur, quam λογιστικὴ inuestigat: Vtitur autem  
animus humanus sensibus tanquam satel-  
litibus ad veritatis inquisitionem. Vnde capit.  
2. libro 6. Ethicor. ait Aristoteles, tria esse in a-  
nimo humano, vnde omnis cognitio &  
actio proficiscatur, νοῦν ἢ λόγον, mentem, seu  
rationem: αἰσθησιν, sensum, καὶ ὄρεξιν, & appe-  
titum, seu voluntatem: Sed hoc discrimine,  
quod mens & sensus cognitioni, appe-  
titus actioni inseruiat: quanquam non de-  
fuerunt, qui omni cognitione veri sensus  
spoliarunt: quales, præter superiores fuit  
etiam Plato cum Academicis, quos repre-  
hendit Tertullianus libro de Anima, capit. 7.  
Platonem his verbis alloquutus: Quid agis

Acade-

Academ  
omnem  
dentia  
dis, inc  
mendac  
vniuers  
secunda  
tes, tot  
cia, ren  
que om  
hos sen  
gnoscit  
cademi

Dif  
tem ha  
ria ve  
nem p  
ne pro  
fidere  
tetur,  
ro, qu  
matio  
est pe  
ipsam  
autem  
cap. 3.

V  
latiu

Academicè procacissime? totum vitæ statum euertis, omnem naturæ ordinem turbas, ipsius Dei prouidentiam excacas, qui cunctis operibus suis intelligendis, incolendis, dispensandis, fruendisque, fallaces & mendaces dominos præfecerit, sensus? An non istis vniuersi conditio administratur? An non per istos secunda quoque mundo instructio accessit? tot artes, tot ingenia, tot studia, negotia, officia, commercia, remedia, consilia, solatia, victus, cultus, ornatusque omnia, totum vitæ saporem condierunt, dum per hos sensus solus omnium homo animal rationale dignoscitur, intelligentiæ & scientiæ capax & ipsius Academia?

Differentia autem inter sensum & mentem hæc est præcipua, quod illa circa singularia versetur, nec ad vniuersalium cognitionem penerret, quæ *ἐκ ἐπιλογιστικῆς*, ex electione proficiscitur; mens vero vniuersalia consideret, earumque veras causas ac formas scrutetur, vt ibidem apud Aristot. videre est. Illud porro, quod in definitione dicitur de veri affirmatione & negatione, ad externam vocem non est peruerse trahendum, sed ad vocis fontem ipsam rationem, est referendum. Definitio est autem Aristotelis tum lib. 6. cap. 3. tum lib. 5. cap. 3. Eudem.

Virtus Intellectualis est vel Speculatiua, vel Practica.

EXPLICATIO.

R 4

Diui-

Discrimen  
sensus &  
mentis.

Virtutem  
Intellectua-  
lem esse Spe-  
culatiuam  
vel Practi-  
cam.

Diuisio hæc à fine est petita. Ab Aristotele autem in necessarios & contingentes habitus diuiduntur, quod alii circa res necessarias, alii circa res contingentes versentur, *c. 3. lib. 6. Eth.* Habet & aliam eiusdem lib. cap. 1. & lib. 1. cap. vlt. diuisionem à subiecto petitam, quod alii in parte animæ, ἐπιστημονικῆ, illi scilicet, qui circa necessaria occupati sunt, Scientia, Sapientia, & Intelligētia. Alii sint ἐν τῷ λογιστικῷ, reliquæ nimirum duæ, quæ contingētia respiciunt, Prudentia scil. & Ars.

Virtus Speculatiua est, quæ res necessarias cognitionis gratia inuestigat.

EXPLICATIO.

Obiectum igitur talis virtutis sunt res necessariae, id est, quæ arbitrio humano non sunt subiectæ. Finis est nuda cognitio, ad praxin non relata.

Virtus Speculatiua est vel Simplex, vel composita.

Virtus Speculatiua Simplex est, quæ ex simplici habitu res cognoscit.

EXPLICATIO.

Virtus hæc simplex dicitur respectu compositæ, quod hæc sit simplex habitus; illa verò ex duobus habitibus sit composita.

Virtus Speculatiua Simplex est, Intelligentia, vel Scientia.

Virtus Speculatiua quid.

Virtutis Speculatiua in simplici & compositam diuisio.

Virtus Speculatiua simplex quid.

Intel-

Inte  
ua sim  
tis, qu  
monst

Har  
genera  
ter, vt  
sunt pr  
rum, q  
tiones.  
natura  
habitu

sunt, b  
vel no  
cipia ip  
vt doc  
Aristo  
taphys.  
discrim  
habitu  
mus. C  
tem p  
sit pars  
que sur

Sc  
plex,  
nece

Intelligentia est, virtus Speculatiua simplex, seu habitus simplex mentis, quo principia scientiarum, & demonstrationum cognoscimus. *Intelligentia quid.*

## EXPLICATIO.

Hanc vocat Aristoteles  $\nu\epsilon\nu$ , quæ & mentem generaliter significat, & rationem, & specialiter, ut hoc loco intelligentiam. Cuius obiectum sunt principia & axiomata artium ac scientiarum, quæ vulgo  $\kappa\omicron\iota\nu\alpha\iota$   $\epsilon\nu\nu\omicron\iota\alpha\iota$ , communes notiones, & principia nobiscum nata, quæ licet naturaliter nobis sint insita, ab hoc tamen habitu perficiuntur. Talia autem principia sunt, bis bina esse quatuor; sic quodlibet est, vel non est. Deus est colendus. Et ad ista principia ipsi Ethnici & infideles examinabuntur, ut docet Apostolus *Roman. 1.* Definitio apud Aristotelem habetur *lib. 6. Eth. cap. 6. lib. 1. Metaphys. cap. 5. lib. 5. Eudem. cap. 6.* Hoc tantum est discrimen, quod Aristot. dicat, simpliciter esse habitum mentis; nos habitum illum limite- mus. Cicero *lib. 2. de Inuent.* intelligentiam partem prudentiæ constituit, atque ita definit, ut sit pars eæ prudentiæ, per quam animus ea perspicit, quæ sunt.

Scientia est virtus speculatiua simplex, seu habitus demonstratiuus ex necessariis. *Scientia quid.*

## EXPLICATIO.

R s

Hic

*Eius ambiguitas discutitur.*

Hic scientia proprie sic dicta definitur ex Aristotele *lib. 6. cap. 3. Ethic. & libr. 1. Mag. Moral. cap. 5. & lib. 5. cap. 6. Eudem.* Cui respōdet ea definitio, quæ exstat *lib. 1. c. 2. Poster. Analyt.* ubi dicitur, *scire est rem per causam cognoscere.* Quæ in significatione dicebat Zeno, *si ita erat comprehensum, ut conuelli ratione non posset, scientiam appellabat, ut auctor Cic. lib. 1. Academ. quæst.* Alias autem scientia generaliter sumpta, quamuis cognitionem significat.

*Obiectum.*

Obiectum autem scientiæ est τὸ ἴσμητόν, scibile, quod est rerum tantum necessariarū, æternarum, & quæ aliter se habere non possunt, comparaturque demonstratione: Cuius propositiones debent esse primæ & immediatæ, priores, notiores, & causæ conclusionis, sicut *lib. 1. Poster. Analyt. cap. 2.* traditur.

Atque talis est virtus Speculatiua simplex; sequitur Composita, quæ Sapientia nominatur.

*Sapientia quid.*

Sapientia est virtus Intellectualis composita ex intelligentia & scientia rerum præstantissimarum constans.

#### EXPLICATIO.

*Eius variae acceptiones.*

I.

Nomen sapientiæ quam varie sumatur ex sententia Platonis apud Laërt. *lib. 3.* videre est. Nam I. brutis accommodat, unde Gallinas vocat sapientes, quod pullos viuentes non pariunt, sed prius ouis incubent. II. pro quavis pe-

2.

ritia

ritia su  
piente  
quod  
V, Pr  
quæ in  
sunt sc  
prie, &  
hic sec  
Ethic. li  
Eudem.  
Philos  
Offic. S  
definitu  
causaru  
tia. Ex  
esse pri  
siones

At  
Spec  
ctica  
vsum

Dif  
quod  
fariis c  
Practi  
gentia  
πράξι  
effect

ritia sumitur, sicut cum artificem vocamus sapientem. III. Philosophiam vocat sapientiam quod sit appetitio quædam sapientiæ diuinæ. IV. Propriissime sapientia est earum rerum, quæ intelligentia comprehenduntur, ac vere sunt sciëntia; quam Plato vult esse de Deo proprie, & anima à corpore separata, nec multo hic secus accipitur ac definitur ab Aristotele, *Ethic. lib. 6. cap. 7. lib. 1. Magn. Moral. cap. 35. lib. 5. Eudem. cap. 7.* quam definitionem & ex veterum Philosophorum sententia ita expressit *lib. 2. de Offic. Sapientia autem est (vt à veteribus Philosophis definitum est) rerum diuinarum & humanarum, causarumq; , quibus hæ res comprehenduntur, scientia.* Ex quibus colligitur, obiectum sapientiæ esse principia & causas rerum, atque conclusiones inde allatas.

Atque talis est virtus intellectualis Speculatiua. Virtus intellectualis Practica est, quæ res contingentes, propter vsum aliquem practicum, inquirat.

## EXPLICATIO.

Differt hæc virtus practica à Speculatiua, quod speculatiua, ἐν ἑπιστημονικῶν sit, in necessariis occupetur, & finem habeat cognitionē: Practica verò ἐν τῷ λογιστικῶν sit, circa contingentia versetur, & finem habeat vsum, seu πράξιν. Vbi vox πράξεως ita est accipienda, vt effectiōni etiam conueniat.

3.

4.

Obiectum.

Virtus intellectualis Practica quid.

Discrimen eius à virtute Practica.

Virtus.

Virtus intellectualis practica est,  
Ars & Prudentia.

*Ars quid.*

Ars est virtus Intellectualis practi-  
ca, seu habitus cum ratione effecti-  
uus.

EXPLICATIO.

*Eius signifi-  
cationes.*

1.

Plures sunt huius vocis acceptiones: I. In  
genere quamcunque peritiam significat, ita ut  
scientiæ etiam competat, sicut *lib. 2. de Orat.* ait  
Cicero: *Ars earum rerum est, quæ sciuntur.* Et *lib.*  
*1. ex sententia Carneadis: Artem, inquit, negabat es-*  
*se ullam, nisi quæ cognitis, penitusq; perspectis, & in*  
*unum exitum spectantibus, & nunquam fallentibus*  
*rebus contineretur.*

2.

II. Præceptorum colle-  
ctionem ex mentis habitu profectam, sicut  
Lucianus eam definit *in Parasito*, τέχνη ἐστὶ συ-  
σῆμα ἐγκαταλήψεων ἐγγεγραμμένων πρὸς τὸ τέ-  
λος εὐχρησον τῶν ἐν βίῳ: *Ars est collectio præcepto-  
rum usu cognitorum, ad utilem aliquem in vita fi-  
nem.* At proprie ars hæc non est, sed artis in  
mente artificis imago, seu effectum quoddam,  
& discipulo ad artem acquirendam admini-  
culum.

3.

III. Mentis habitum significat, quo  
sensu hic ex Aristotele *lib. 6. Eth. cap. 4. & lib. 5.*  
*Eudem. cap. 4.* eam definimus. Vbi differentiam  
duo exprimunt: I. Effectivus, qua voce à pru-  
dentia imprimis distinguitur, quæ non efficit,  
sed agit. Sic enim Aristoteles *lib. 6. cap. 4. Ethic.*  
hos habitus distinguit, quod prudentia finem

habeat

habeat  
effecti  
addit,  
fit sepa  
sed bo  
separa  
iuncta  
ab ea  
quod,  
prehe  
hinc in  
bet in  
prehe  
qui in  
appara  
tione,  
Nam  
eti non  
tetur a  
quod of  
tura ex  
rerum  
discipl  
O  
plan  
& op  
Ha  
bent,



habeat *πράξιν*, actionem, ars *ποίησιν*, ἢ *ποίημα*, effectiōnem & opus, *cap. 5. eiusdem lib.* hoc etiā addit, quod ars à virtutibus Moralibus re ipsa fit separata, ideoque nemo inde vir bonus, sed bonus artifex vocetur: Prudentia vero inseparabili vinculo cum virtute morali, sit cōiuncta, ut altera sine altera esse non possit, & ab ea vir bonus possit denominari. Adhæc, quod, qui in arte sponte peccet, minus sit reprehendendus, quam qui inuite peccet, quia hinc imperitia artificis apparet; contra se habet in prudentia: Vbi qui sponte peccat, reprehensione maiore dignus censetur, quam qui inuitus, quia in priore malitiæ iudicium appareat, in posteriore non item. 2. Cum ratione, quo à naturali operatione distinguitur. Nam natura efficit quidem, sed rationem facti non tenet. Vnde *lib. 3. ad Heren.* dicitur, *imitetur artem naturam, & quod ea desiderat, inueniat; quod ostendit, sequatur: Nihil est enim, quod aut natura extremum inuenerit, aut doctrina primum: Sed rerum principia ab ingenio profecta sunt, & exitus disciplina comparantur.*

Officium artificis in recte contemplando, secundum artem operando, & opere producendo, conspicitur.

## EXPLICATIO.

Hæc tria sunt, quæ in artifice conspici debent, ut vult Aristotel. *lib. 6. cap. 4. Ethic.* nimi-

*Artificis officium in tribus consistere.*

- I. rum. I. Ut antequam opus aggrediatur, recte perpendat, quomodo debeat ex data materia artificiosum opus producere. II. Ut ex præscripto artis operetur, talemque formam materiæ imponat, qualem ars requirit. III. Ut opus ipsum producat. Hoc autem ut fiat, præter præcepta usum accedere necesse est. Nam præcepta brevia esse & cito percipi possunt, usus vero non nisi longa experientia comparatur, sicut Cicer. Trebatio scribens lib. 7. epistol. 119. ait: *Nullam artem literis sine interprete; & sine aliqua exercitatione percipi posse. Non longe abieris, inquit, num ius civile vestrum ex libris cognosci potest? Qui quanquam plurimi sunt, ductorem tamen lumenq; desiderant: quanquam tu, si attente leges, si sæpius per te omnia consequere, ut certe intelligas: ut verò etiam ipsi tibi loci proposita questione occurrant, exercitatione consequere.* Definitio autem hæc si dextre explicetur, non tantum artibus manuariis, ut vocant, sed & aliis accommodari potest.

*Præter artis præcepta requiri usum & exercitationem.*

*Ποίησις, effectio quo-plex.*

*Ποίησις siue effectio duplex est.*

Alia materialis, quæ instrumenta corporea, ut plurimum, & materiam externam requirit.

Alia immaterialis, ita dicta, non quod omni materia, seu obiecto destituatur, sed quod in materia externa nullum opus fabricet, ideoque nec corporeis organis externis indigeat: & posteriore hoc modo artes illæ, quæ Lo-

gica

gica d  
vsurpa  
lib. 1. c  
rem di  
quib<sup>9</sup> I  
matic  
artes a

P  
Præ  
hom

Æ

lib. 6.  
pibus  
in fut  
cula  
est ali  
non  
nita.

tia p  
vulge

Præ  
& no

cap. 5  
defir

Φεν  
men

vt lib  
tiam

percep

gicæ dicuntur, artis nomen non immerito sibi usurpant, suffragante Aristotele *Sophist. Elench. lib. 1. cap. 11.* Redarguunt, inquit, omnes, sed extra rem dicuntur, quia sine arte participes sunt eorum, in quib<sup>9</sup> *Dialectica artificiose versatur.* Quare Grammatica, Rhetorica, & Logica, hoc sensu recte artes appellantur.

Prudentia est virtus intellectualis Practica, seu habitus agendi ea, quæ homini sunt bona vel mala.

*Ælianus de natura Animalium lib. 2. cap. 1. & lib. 6. cap. 11.* animalibus brutis, ut formicis, apibus & aliis prudentiam assignat, eo, quod in futurum sibi prospiciant, & aduersus pericula sese muniant. Sed talis prudentia nihil est aliud, quam naturalis quædam sagacitas, non actionibus comparata, sed natura ingenua. Vulgo recepta est sententia, ut prudentia pro solertia accipiatur, unde prudens vulgo dici solet, qui aliis consilio antecellit. Præterea pro astutia. Vera autem prudentia, & non simulata hic ex Aristotele *lib. 6. Ethicor. cap. 5. lib. 1. Mag. Moral. cap. 35. lib. 5. Eudem. cap. 5.* definitur. Dicta est Græcis *Φρόνησις*, ἀπὸ τῆς *φρονέως*, à mente, cuius præcipuum est ornamentum, Latine prudentia à prouidendo, ut *lib. 1. de legib.* auctor est Cicer. ubi prudentiam sic pulcre describit: *Cùm animus cognitis perceptisque virtutibus, à corporis obsequio indulgen-*

*Prudentia quid.*

*Eius significationes diuersæ.*

1.

2.

3.

4.

*Vnde sit dicta.*

*tiaq<sub>3</sub>*

tiq<sub>3</sub> discesserit, voluptatemq<sub>3</sub>, sicut labem aliquam dedecoris oppresserit, omnemq<sub>3</sub> mortis dolorisq<sub>3</sub> timorem effugerit, societatemq<sub>3</sub> carnis eiecerit, tum omnibus se natura coniunctum duxerit, cultumq<sub>3</sub> Deorū, & puram religionem susceperit, & exacuerit illam, ut oculorum, sic ingenij aciem, ad bona deligenda, & reiicienda contraria; quæ virtus ex prouidendo est appellata prudentia, quid eo dici aut cogitari poterit beatius? Genus prudentiæ est habitus, practicus scilicet; vnde ab intelligentia, scientia & sapientia differt, sicut antea est expositum.

¶ Obiectum prudentiæ sunt τὰ πρακτὰ, hoc est, ea omnia, quæ homini ad bene agendū sunt necessaria: nec multo aliter eam Cicero lib. 2. de Inuent. definit: Prudentia, inquit, est rerum bonarum, & malarum, & vtrarumq<sub>3</sub> prudentia: Quæ etiam totidē verbis apud Laërt. lib. 7. ex Stoic. sentent. exstat. Et circa res agendas versari prudentiam, ab exemplis eorum, qui solum propter negotia prudenter administrata, prudentes sunt appellati, quales fuerunt Pericles, Themistocles, Solon, Lycurgus, & alii pluri mi, probat Aristotel.

Obiectum.

Prudentia  
vnde ac-  
quiratur.

Prudentia obseruatione longa & singularium experientia acquiritur.

#### EXPLICATIO.

Cur iuuenis  
prudens esse

Atque hæc causa est, cur iuuenis prudens esse non possit, quia per ætatem non habet rerum vsum: Potest autem disciplinas Ma-

thema-

themat  
opus sit  
Quod  
dum se  
quod in  
cedemon  
tum geru  
si legere e  
blicas ab  
tatas &  
us lib. 4  
Nec nisi

Nom

Et li

prudent

te sene

Co

sultat

lertia

To

minist

Quib

& exp

Bo

confi

posit

Re

thematicas assequi, eo quod solo iudicio hic opus sit, ut docet Aristoteles libr. 8. Ethic. cap. 8. Quod confirmat Cicer. in Dialogo de Senectut. dum senatum à senibus appellatum ostendit, quod in iis vigeat consilium & ratio: apud Lacedamonios, inquit, ii, qui amplissimum Magistratum gerunt, ut sunt, sic etiam appellantur senes. Quod si legere & audire voletis externa, maximas Respublicas ab adolescentibus labefactatas, à senibus sustentatas & restitutas reperietis. Quod etiam Ovidius lib. 4. Fast. docet:

*Nec nisi post annos patuit tunc curia seros,*

*Nomen & ætatis mite senatus habet.*

Et lib. 1. Tuscul. quæst. Nihil est profecto homini prudentia dulcius, quam ut cetera auferat, affert certe senectus.

Comites prudentiæ sunt bona consultatio, perspicacitas, sententia, & solertia.

#### EXPLICATIO.

Tot recenset & explicat, veluti socias aut ministras prudentiæ Arist. lib. 6. Eth. c. 9 & 12. Quibus in libello de virtutibus memoriam & experientiam adiungit.

Bona cōsultatio, ἐμβουλία, est rectitudo consilii, qua finem bonū in nobis propositum, honestis mediis cōsequimur.

#### EXPLICATIO.

Rectum consiliū quatuor modis dici pos-

nequeat,  
cum queat  
esse mathe-  
maticus.

Senatum  
à senibus  
dici.

ἐμβουλία  
seu bona  
Consultatio  
quid.

S

se do-

Quatuor  
modis dici.

1.

2.

3.

4.

Duplicem  
esse.

1. Uniuersa-  
lem, quid ea  
sit.

2. Particu-  
larem quid  
ea.

Perspicaci-  
tas quid.

Sententia  
quid.

e docet Arist. li. 6. c. 9. Eth. Idq; I. quo quispiam  
propositū qualecunq; siue bonum, siue malū  
assequitur. II. Cum quis voti fit compos per  
media illicita. III. Cum propositū obtingit,  
sed intempestiue, seu tēpore minus cōmodo,  
IV. Cum bonum propositū, bonis & hone-  
stis mediis, tempore cōmodo, obuenit, quod  
proprie bonū & rectū consilium appellatur.  
Nec multo secus apud Laert. l. 7. Stoici εὐβουλία  
definiunt, quod sit *scientia obseruandi, quanam  
& quomodo agentes utiliter aliquid operemur.*

εὐβουλία est uniuersalis, vel particularis.

εὐβουλία uniuersalis est, quæ de summo  
bono assequendo instituitur.

εὐβουλία particularis est, quæ de particu-  
lari aliquo bono cōsequēdo proponitur.

#### EXPLICATIO.

Talia sunt omnia ea, quæ homines sibi pro-  
ponunt, præter summum illud bonum, ut est  
eruditio, potentia, honor virtus & similia.

Perspicacitas σύνεσις, est habitus recte  
iudicandi de iis rebus, circa quæ pru-  
dentia versatur.

#### EXPLICATIO.

A prudentia ipsa differt, quod prudentia quid  
agendū sit præcipiat, perspicacitas de pruden-  
tiæ decretis iudiciū ferat: ut Eth. li. 6. c. 8. docetur.

Sētētia, γνώμη, est viri æqui & boni, de  
dictis & factis aliorum, rectū iudiciū.

EX.

## E X P L I C A T I O.

A perspicacitate differt, quod perspicacitas simpliciter de rebus pronunciet, quales sint sua natura: Sententia vero æquitatem adhibeat moderaticem: ut, sicut se habet æquitas ad iustitiam, ita se habeat sententia ad perspicacitatem. Cuius duplex munus *cap. 10. lib. 6. Eth.* constituitur. I. quæ ab aliis dicuntur, aut fiunt, benigne interpretari, à quo munere ἐὺ-γνώμονες, hoc est, benigne de aliis sentientes dicuntur prudentes. II. iis peccatis, quæ per ignorantiam, aut infirmitatem fiunt, clementer ignoscere ac veniam dare: unde συγγνωμονικοί ad ignoscendum prompti prudentes dicuntur.

Solertia, δεινότης, est naturalis quædam ratio excogitandi & inveniendi ea media, quæ ad honestæ actionis finem consequendum faciunt.

## E X P L I C A T I O.

Hic bona solertia definitur: Est enim & alia mala, quæ ad malum finem assequendum, per mala media viam monstrat.

Prudentia est Cōmunis, vel Priuata.

Prudentia communis, est prudentia prospiciendi & consulendi ea, quæ sunt utilia aliis.

## E X P L I C A T I O.

Hanc vocat Arist. *lib. 6. Ethic. cap. 8. φρόνησιν πρὸς ἄλλους*, prudentiam ad alios relatam, quæ

*Ut differat à perspicacitate.*

*Sententia munus duplex.*

*Solertia quid.*

*Prudentiã esse duplicẽ. Prudentia Communis quid.*

aliorum commodis docet consulere, idque non iniuria, quoniam, ut praclare scriptum est à Platone (verba sunt Ciceronis 1. Offic.) non nobis solum nati sumus, ortusque nostri partem patria vendicat, partem parentes, partem amici. Atque, ut placet Stoicis, quae in terris gignuntur, ad usum hominum omnia creari: homines autem hominum causa esse generatos, ut ipsi inter se alii aliis prodesse possint: In hoc naturam ducem debemus sequi, & communes utilitates in medium adferre.

Eam duplicem esse.

Prudentiam politicam quid.

Magistratus officium. Singulorum esse reipublicae commoda promovere.

Prudentiam politicam esse duplicem. Prudentiam Legislativam quid.

Prudentia communis est Politica vel Oeconomica.

Prudentia Politica, est prudentia communis recte consultandi de iis, quae Reipublicae sunt utilia.

#### EXPLICATIO.

Hæc prudentia Magistratum imprimis respicit: Est enim boni Magistratus (inquit Cic. 2. Offic.) commoda civium defendere, quanquam & ad singulos pertineat, communem utilitatem pro viribus propugnare. Nam Respublica (ut idem loquitur 2. de legibus) nomen uniuersae ciuitatis est, pro qua mori & cui nos totos dare, & in qua omnia nostra ponere, & quasi consecrare debemus.

Prudentia politica est Legislativa, vel Practica.

Prudentia Legislativa est prudentia politica, de recte ferendis, & explicandis legibus.



*Νομοδότηκὴ* vocat Aristoteles, & proprie est legislatio, quāvis & ad rectam interpretationem legum referatur, quæ proprie Iurisprudentia dicitur, Magistratui similiter necessaria. Est ei (ait Orator libr. I. de legibus) cui Respub. commissa est necessaria oratio & sapientia, qua regat populos, qua stabiliat leges: qua castiget improbos, qua tueatur bonos. Hoc nomine præ reliquis Solon & Lycurgus apud Græcos laudantur, ex quorum legibus pleraque Latini sunt mutuati.

Prudentia practica est prudentia politica, de recte administrandis Reip. negotiis. **E X P L I C A T I O.**

Hanc intellexit Cic. li. 2. de Offic. cum dixit, hic qui Remp. tuebuntur, in primis operam dabunt, ut iuris & iudiciorū equitate suū quisq; teneat, ut neq; tenuiores propter imbecillitatem circumueniantur, neque locupletibus ad sua vel tuenda vel recuperanda obsit invidia. Vocatur hæc ab Aristotele *πεπρακτικὴ*, quod in negotiis singulorum sit occupata.

Prudentia practica est Senatoria vel Iudiciaria.

Prudentia Senatoria est prudentia practica recte deliberandi de futuris Reip. negotiis.

**E X P L I C A T I O.**

Quid scil. Respub. debeat vel suscipere, vel omittere. Qualis fuit in Repub. Romana Cato, sicut de seipso apud Cicer. in Dialogo de sen

*Exempla.*

*Prudentia practica quid.*

*Prudentiā practicā esse duplicem. Prudentia Senatoria quid.*

*Exempla.*

Consilio nō  
vires ma-  
gnās gerit.

Prudentiā  
Iudiciaria  
quid.

Iudex quis.

Prudentia  
œconomica  
quid.

Et tute loquitur. Non enim viribus, inquit, aut veloci-  
tatibus, aut celeritate corporum, res magnæ gerun-  
tur, sed consilio, & auctoritate & sententia. Et pau-  
lo post: Nisi forte ego vobis, qui & miles, & tribu-  
nus, & legatus, & consul, versatus sum in vario gene-  
re bellorum, cessare nunc videor, cum bella non gero:  
At Senatui, quæ sunt gerenda, præscribo. Hæc pru-  
dentia Εὐλεπική, consultoria dicitur, quod in  
consiliis dandis sit occupata.

Prudentia Iudiciaria est, prudentia  
practica recte iudicandi de factis præ-  
teritis.

#### EXPLICATIO.

Proprium munus huius Prudentiæ, quæ  
δικαστική Græcis dicitur, quæ in præmiis & pœ-  
nis constituendis ac decernendis cernitur, &  
ad iudicem proprie pertinet: Nam *iudex est is,*  
*quem non minus bene de nobis, quam secundum nos*  
*iudicare velimus, Cic. pro Roscio Comedo.*

Atque talis est prudentia politica.

Prudentia œconomica est, pruden-  
tia cōmunis, recte cōsulendi & prospici-  
ciendi de iis, quæ familiæ sunt necessaria.

#### EXPLICATIO.

Hæc igitur prudentia in administratione  
familiæ cernitur, cuius partes plures sunt,  
quas tamen Cato 2. Offic. paucis est complexus:  
Ex eo enim cum quæreretur, quid maxime in re  
familiari expediret? respondit, bene pascere, quid se-

cundum

cundum? respondit, satis bene pascere, quid tertium? bene vestire, quid quartum? bene arare. Succinctius adhuc Pittacus, qui eam domum optime constitutam pronuntiavit, cui superfluum nihil abundet, & necessarium nihil desit, referente Stobæo Serm. 4.

Atq; huiusmodi est prudentia communis.

Prudentia priuata est, prudentia nobis ipsis nostrisque commodis recte prospiciendi.

*Prudentia  
priuata  
quid.*

### EXPLICATIO.

Hanc vocat Arist. *φρόνησις περὶ αὐτὸν ἢ ἑνα*: quam vt habeamus tenendum est, quod lib. 4. de virtut. præcipit Sen. Si prudens est animus, vitæ actione tribus temporibus dispensa. Præsentia ordinata, futura præuide, præterita recordare. Nam qui nihil de præteritis cogitat, vitam perdit, qui nihil de futuro præmeditatur, in omnia incautus incidit.

Qui solus est prudens omnisque veræ ac solidæ prudentiæ fons ac origo, ita prudentiæ suæ riuulos in nos deriuat, vt ista præcepta cum ad priuatam, tum ad communem prudentiam recte instituendam vfui & emolumento esse possint.

F I N I S.

# SVMMA CAPITVM SYNO- pseos Ethices.

## LIBER I.

Cap. I. De Ethices definitione.	I
II. De summo hominis politici bono.	8
III. De causa efficiente felicitatis.	31
IV. De prospera fortuna.	37
V. De honore.	42
VI. Felicitatis gradus.	45

## LIBER II.

De virtute, in primis que de virtute mo-  
rali in genere.

Cap. I. De virtutis definitione in genere.	51
II. De virtutis diuisione.	55
III. Quid virtus moralis & quotuplex.	60
IV. De actione morali.	73
V. De actionibus voluntariis.	76
VI. De actionibus inuitis.	92
VII. De affectibus.	06
VIII. De amicitia.	117

## LIBER III.

De virtute in specie.


Cap. I. De fortitudine.	146
II. De temperantia.	162
III. De liberalitate.	173
IV. De magnificentia.	185
V. De magnanimitate.	191
VI. De modestia.	197
VII. De iustitia & iure.	200
VIII. De mansuetudine.	224
IX. De affabilitate.	236
X. De urbanitate.	239
XI. De veracitate.	244
XII. De virtute imperfecta.	248
XIII. De virtutibus intellectualibus, intelligentia, sci- entia, sapientia, prudentia & arte.	259

F I N I S.









PH  
3